INC
1485

Cax 128
Scala Dei
Inc. 1483

# Opus quadrageſimalium ⁊ de ſanctis ſermonum flos florum nuncupatuz a domino domino Antonio ar-chiepiſcopo florẽtino ordinis predicatorum pro pauper-culis verbũ altiſſimi euã-gelizantibus editum: nouiterqꝫ ĩpreſſum ac diligentiſſi-me emenda-tum.

BIBLIOT. NACIONAL DE LISBOA

# Tabula preſentis operis.


¶ Dominica in ſeptuageſima. de facilitate bñ operandi. char. 1.
¶ Dominica i ſexageſima. de auditioe diuini verbi. char. 4.
¶ Dominica in quinquageſima. de gr̃a ⁊ caſu flebili aie. char. 9.
Feria quarta in capite ieiunij. de iuſtificatiõe impij. char. 13.
Feria quinta in capite ieiunij. de tarditate bñ operandi. char. 17.
Feria ſexta in capite ieiunij. de elemoſina. char. 21.
Sabbatum primum. 40. q̧ beata virgo eſt confidentia. ſpes. auxilium noſtrum. char. 24.

¶ Dñica pria q̃drageſime. d excellẽtia liberi arbitrij. char. 27.
Item eadem dominica. de tẽtatiõe diaboli. char. 20.
Feria ſecũda prime dominice. 40. de iudicio vniuerſali. char. 36.
Feria tertia prime dominice. 40. de oratione. char. 40.
Feria quarta prime dominice. de adoratione. char. 44.
Feria quinta prime dominice. 40. de mendatio. char. 45.
Feria ſexta prime dominice, 40. de peccati ſuſpitionis. vel iudicio temerario. char. 52.
Sabbatũ ſecundũ in. 40. q̧ Maria eſt aduocata nr̃a. char. 55.

¶ Dñica ſecũda q̃drageſime. de laudibꝰ fidei xp̄iane. char. 59.
Feria ſcd̃a ſcd̃e dñice. 40. de opibꝰ factis i pc̃o mortali. char. 64.
Feria tertia ſcd̃e dñice. 40. de fructibus factis i mortali. char. 68.
Feria quarta ſecũde dominice. 40. de ſuperbia. char. 71.
Feria quinta ſcd̃e dñice. 40. An diuites poſſint ſaluari. char. 75.
Feria. 6. ſcd̃e dñice. 40. d vſuris ⁊ reſtitutiõe rei aliene. char. 79.
Sabbatũ tertiũ i. 40. q̧ Maria ẽ ſcã ſcõp̄te ẽ dea nr̃a. char. 83.

¶ Dñica tertia q̃drageſime. de ipedimẽtis ↄfeſſiõis. char. 86.
Feria ſcd̃a tertie dñice. 40. de p̄paratiõe cõfeſſionis. char. 91.
Feria tertia tertie dñice. 40. de neceſſitate ↄfeſſionis. char. 95.
Feria quarta tertie dominice. 40. de peccato. char. 98.
Feria quinta tertie dominice. 40. de periurio. char. 102.
Feria ſexta tertie dominice. 40. de auaritia. char. 106.
Sabbatũ quartũ i. 40. q̧ Maria mr̃ ẽ oium gratiaꝝ char. cxi.

¶ Dominica quarta quadrageſime de diſcordia vel remiſſione iniuriarum. char. ci4.
Feria ſecunda quarte dominice. 40. de ludis fortune. char. ci9.
Feria tertia quarte dominice. 40. de penis inferni. char. 123.
Feria quarta quarte dominice. 40. de pena purgatorij. char. 126.

# Tabula preſentis operis.


Feria quinta quarte dominice.40.de laudib9 viduitatis.char. 130.

Feria ſexta quarte dominice.40.de amore coniugali. vel mulierũ laudibus. char. 133.

Sabbatum quintum in.40.q̃ virgo Maria eſt ſpecioſiſſima ſuper omnes mulieres. char. 138.

¶ Dominica quinta quadrageſime de blaſphemia. char. 141.

Feria ſecunda dominice de paſſione. de honore parẽtũ.char. 145.

Feria tertia dominice de paſſione. de violatiõe diei feſti.char. 149.

Feria quarta dominice de paſſione de triumpho fame: vel de infamia. char. 152.

Feria q̃nta dñice de paſſione.de ↄuerſione Magdalene.char. 157.

Feria ſexta dominice de paſſione. de iracundia. char. 160.

Sabbatum ſextum in.40.q̃ virgo.b.eſt a nobis ſalutanda quod ẽ per Aue. char. 163.

¶ Dominica in ramis palmarum. de ampliſſima miſericordia dei. char. 166.

Feria ſecunda dominice palmarum.de inuidia. char. 170.

Feria tertia dominice palmarum. De ſignificationibus ſancte miſſe. char. 173.

Feria quarta dominice palmaꝝ.de veritate ſacramẽti. char. 177.

Feria quinta dominice palmarum.de neceſſitate atque vtilitate ſacramenti. char. 181.

Feria ſexta dominice palmarum. de flebiliſſima paſſione domini noſtri Jeſu chriſti. char. 184.

¶ Dominica iucundiſſime reſurrectionis domini noſtri Jeſu chriſti.de eadem materia. char. 200.

Feria ſecunda poſt paſcha:de gloria paradiſi. char. 205.

Feria tertia poſt paſca.de dulciſſima pace. char. 210.


¶ Explicit tabula quadrageſimalis.



Liber Carthusiæ scalæ cœli dono datus a Ill.mo & R.mo in X.o Patre D. Theotonio de Bragança Archiep. Eboren. eiusdem domus dotatore, & fundatore primo. ~

Dominus dominus Antonius archi-
epiſcop⁹ florētinus lectori. S. P. D.
Cupiens pauperculis auxilium preſta-
re. cuz magni ac eruditi in quatuor vo
luminibus ea que ſic ſcribuntur difu-
ſum ius ſeruiſſez. Opus quod propter
quoſdam qui anteq̄ perfectuz ⁊ exqui
ſitum eſſet aliquas illarum partiuz me
neſciente ſibi tranſcribebāt feſtinanti-
us q̄ niſi oportunum hac de re breui-
us q̄ ve ſum coactus vt potui cōſuma-
re. Nam plura que tacui inſeruiſſem et
addidiſſem ſi inquiete ⁊ congruo ſpa-
cio illud mihi edere licuiſſet Quamob
rez lector amātiſſime ne deſpicias hoc
opus cum multos ydiotas lucidos re-
dit. Uale igitur ⁊ opus diligenter ple
ge ipſumq̄ florem florum vocandum
relinquo.

¶ Dominica in ſeptuageſima. De facilitate bene operandi.
¶ Sermo aureus.

REgnum celorum homini patrifamilias ſimile dicit qui ad excolendam vineam ſuam operarios cõducit. Quis vero patriſfamilias ſimilitudineꝫ rectius tenet ꝙ cõditor noſter qui regit quos condidit ⁊ electos ſuos ſic i hoc mūdo poſſidet: q̄ſi ſubiectos dominus in domo. Qui habet vineaꝫ vniuerſam ſcilicet eccleſiam: que ab abel iuſto vſq3 ad vltimū electum qui in fine mundi naſciturus eſt: quot ſanctos protulit: q̄ſi tot palmites miſit. Hic itaq3 paterfamilias ad excolendam vineam ſuam: mane hora tertia: ſexta nona ⁊ vndecima operarios conducit: quia a mundi huius initio vſq3 ad finem ad erudiēdam plebem fidelium predicatores congregare nõ deſiſtit. Mane ⁊ eniꝫ mūdi fuit: ab adam vſq3 ad noe. Hora vero tertia: a noe vſq3 ad abraam. Sexta quoq3 ab abraam vſq3 ad moyſen. Nona autem a moyſe vſq3 ad aduentum domini. Undecima vero: ab aduentu domini vſq3 ad fineꝫ mundi. In qua predicatores ſancti apoſtoli miſſi ſunt qui mercedem plenam ⁊ tarde venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo dominus plebem ſuam quaſi ad excolendam vineam ſuam: nullo tempore deſtitit operarios mittere. Quia ⁊ primus per patres: ⁊ poſtmodum per legis doctores ⁊ prophetas. Ad extremū vero per apoſtolos duꝫ plebis ſue mores excoluit: quaſi per operarios in vinee cultura magnopere laborauit. Quāuis in quolibet modulo vel menſura. quiſquis cum fide recta bone actionis extitit huius vinee operarius fuit. Operator ergo mane: hora tertia: ſexta: ⁊ nona antiquus ille hebraicus populus deſignatur: qui in electis ſuis ab ipſo mundi exordio duꝫ recta fide dominum ſtuduit colere: quaſi non deſtitit in vinee cultura laborare. Ad vndecimam vero gentiles vocantur. quibus ⁊ dicitur. Quid hic ſtatis tota die ocioſi. Qui enim tráſacto tam lõgo mundi tempore pro vita ſua laborare neglexerant: quaſi tota die ocioſi ſtabant. Sed cogita lector quid inquiſiti reſpondeant. Dicunt .n. quia nemo nos cõduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha: nullus propheta venerat. Et quid eſt dicere ad laborem nemo nos conduxit: niſi vite nobis vias nemo predicauit. Quid ergo nos a bono opere ceſſantes in excuſatione noſtra dicturi ſumus qui pene a matris vtero ad fideꝫ venimus: qui verba vite ab ipſis cunabulis audiuimus qui ab vberibus

ſancte eccleſie potuʒ ſuperne pre
dicationis ſumpſimus cum lacte
carnis. Poſſumus vero ⁊ eaſdē
diuerſitates horarum etiam ad
vnumquēq; hominem per etatū
momēta diſtinguere. Mane quip
pe noſtri intellectus pueritia eſt.
Hora autem tertia adoleſcentia
intelligi poteſt: quia quaſi iam ſol
in altum proficit. cum calor eta-
tis creſcit. Sexta vero iuuentus
eſt: quia velut in cētro ſol figitur
dum in ea plenitudo roboris ſo-
lidatur. Nona autem ſenectus in
telligitur in qua velut ſol ab alto
axe deſcendit quia etas a calore iu
uentutis deficit. Undecima vero
hora eſt ea etas que decrepita vel
veterana dicitur. Unde greci val
de ſeniores non gerōtas: ſed pre-
ſbyteros appellant: vt pluſq̄ ſe-
nes eſſe inſinuent quos prouectio-
res vocant. Quia ergo ad vitaʒ
bonam alius in pueritia: alius in
adoleſcentia: alius in iuuentute:
alius in ſenectute: alius in decre-
pita etate perducitur: quaſi diuer
ſis horis operarij ad vineam vo
cantur. Moribus ergo aſpicien-
dum ⁊ ſi iam operarius ē viden
dum cogitandū ē vniuſcuiuſq; quid
agant: ⁊ conſideret ſi in dei vinea
laborat. Qui enim in hac vita ea
que ſua ſunt querit adhuc ad do-
minicam vineam non venit. Il
li namq; deo laborant: qui nō ſua
ſed lucra dominica cogitant: qui
zelo charitatis ſtudio pietatis in-
ſeruiunt: animabus lucrandis in
uigilant perducere ⁊ alios ſecum
ad vitam feſtinant. Nam qui ſibi
viuit: qui carnis ſue voluptati pa
ſcitur: recte ocioſus redarguitur
quia fructum diuini operis nō ſe
ctatur. Qui vero ⁊ vſq; ad eta-
tem vltimam deo viuere negle-
xit: quaſi vſq; ad vndecimaʒ ocio
ſus ſtetit. Unde recte vſq; ad vn
decimaʒ torpētibus dicit. Quid
hic ſtatis tota die ocioſi. Ac ſi dica
tur aperte. Et ſi deo viuere in pue
ritia ⁊ in iuuentute noluiſtis ſal-
teʒ in vltima etate reſipiſcite: ⁊ ad
vite vias cū iam laboraturi mul
tum non eſtis vel ſero venite. Et
tales ergo paterfamilias vocat. ⁊
plerunq; ante remuneratur: q2
prius ad regnum de corpore exe
unt q̄ ij qui in pueritia ad regnū
vocati eſſe videbantur. An non
ad vndecimam venit latro. Qui
⁊ ſi non habuit per etatem: habu
it tamen ſero per penam. Qui
deum in cruce confeſſus eſt ⁊ pe
ne cū voce ſententie ſpirituʒ exa
lauit vite. A nouiſſimo auteʒ red
dere denarium paterfamilias ce-
pit quia ad paradiſi requiem pri-
us latroneʒ q̄ petrum perduxit.
Quanti patres ante legem: quan
ti ſub lege fuerunt ⁊ tamen ij qui
in domini aduentu vocati ſunt.
ad celorum regnum ſine aliqua
tardicate peruenerunt. Eundem
ergo denarium acceperunt qui
laborauerunt ad vndecimaʒ quē
expectauerunt toto deſiderio ⁊
qui laborauerunt ad primaʒ. quia
equalem vite eterne retributio-
neʒ ſortiti ſunt cuʒ his qui a mun

di initio vocati fuerant: ij qui in mundi finem ad deum venerūt. Unde ⁊ hij qui in labore preceſſerant: murmurantes dicunt. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt ⁊ pares illos nobis feciſti que portauimus pondus diei ⁊ eſtus. Pondus enim diei ⁊ eſtus portauerāt: hij qui a mundi initio fuerunt quia diu hic contingit viuere neceſſe fuit. etiam longiora carnis temptamenta tollerare. Unicuiqꝫ .n. pondus diei ⁊ eſtus ferre eſt: per longioris vite tēpora carnis ſue calore fatigari. Sed queri poteſt quomodo murmurare dici ſunt qui ſaltem ſero ad regnum vocantur. Celorum ⁊ enim regnuꝫ nullus q murmurat accipit: nullus qui accipit murmurare poteſt. Sed quia antiqui patres vſqꝫ ad aduentum domini quamlibet iuſte vixerint: ducti ad regnum celorum non ſunt: niſi ille deſcenderet qui paradiſi clauſtra hominibus interpoſitione ſue mortis aperiret. Eorum hoc ipſum murmuraſſe eſt ꝙ ⁊ recte pro percipiendo regno vixerint. ⁊ tamen diu ad percipiendum regnuꝫ dilati ſunt. Quos enim poſt peractam iuſtitiam inferni loca quālis tranquilla ſuſceperūt: eis pro fecto ⁊ laboraſſe fuit in vinea ⁊ murmuraſſe. Quaſi ergo poſt murmurationem denarium accipiunt. qui poſt lōgaꝫ inferni tempora ad gaudia regni peruenerunt. Nos autem qui ad vndecimam venimus poſt laborem non murmuramus ⁊ denarium accipimus: quia poſt mediatoris aduentum in hoc mundo venientes ad regnum ducimur: mox vt de corpore exuimus. Et illud ſine mora accipimus: quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruere. Unde ⁊ iiſdem paterfamilias dicit. Uolo ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. Et quia ipſa regni perceptio eius eſt bonitas voluntatis recte ſubiungit. An nō licet mihi qđ volo facere. Stulta enim queſtio eſt hominis contra benignitatem dei murmurare. conquerendum quippe eſſet ſi nō daret quod debet nō ſi dat quod nō debet. Unde ⁊ apte ſubditur. An oculus tuus nequaꝫ eſt: quia ego bonus ſum. Nemo autem ſe de opere: nemo ſe de tempore extollat: cum hac expleta ſententia ſubſequēter veritas exclamet. Sic erunt nouiſſimi primi ⁊ primi nouiſſimi. Ecce enim ⁊ ſi iaꝫ ſcimus que vel q̄nta bona egim⁹ adhuc ſuperne iudex qua ſubtilitate hec examinet ignoramus. Et quidem gaudēdū cuiqꝫ ſummopere eſt. in regno dei eſſe vel vltimum. Sed poſt hec multum terribile eſt quod ſequitur. Multi autem ſunt vocati pauci vero electi. Quia ⁊ ad fideꝫ plures veniunt: ⁊ ad celeſte regnum pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam feſtiuitatem quam multi conuenimus. eccleſie parietes implemus: ſed tamen quis ſciat q̄ pauci ſunt qui in illo electorū

dei grege numeretur. Ecce vox omnium chriſtum clamat: ſed vita omnium non clamat. Pleriqꝫ deum vocibus ſequuntur: morib⁹ fugiunt. Hinc ⁊ enim ad titum paulus dicit. Qui confitentur ſe deum noſce ſatis autem negant. Hinc iacobus ait. fides ſine operibus mortua eſt. Hinc per pſalmiſtam dominus dicit. Annunciaui ⁊ locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. Vocante enim domino ſuper numerum multiplicantur fideles: quia nonnunꝙ̄ etiam ii ad fidem veniunt qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confeſſionem admixti ſunt. ſed propter vitam reprobam numerari in ſorte fidelium non merentur. Hoc ouile ſancte eccleſie hedos cum agnis recipit: ſed ad teſtante euangelio cum iudex venerit: bonos a malis ſeparat: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Neqꝫ ⁊ enim poſſunt qui hic carnis ſue voluptatibus ſeruiunt: illic in ouium grege numerari. Illic eos a ſorte humilium iudex ſeparat: qui ſe hic in ſuperbie cornibus exaltant. Regnum celeſte percipere nequeunt qui hic ⁊ in celeſti fide poſiti: toto deſiderio terrena querunt. Et multos tales intra ſanctam eccleſiam fratres cariſſimi cernitis: ſed eos nec imitari: nec deſperare debetis. Quid enim ſit hodie aſpicimus: ſed quid cras futurum ſit vnuſquiſqꝫ neſcimus. Plerūqꝫ ⁊ qui poſt nos venit: ⁊ per agilitatem boni operis nos antecedit: ⁊ vix eum cras ſequimur: quem hodie preire videbamur. Certe cum ſtephanus pro fide moreret: ſaulus lapidantium veſtimenta ſeruabat. Omnium ergo manibus ipſe lapidauit: qui ad lapidandum omnes expertos reddidit. Et tamen eundem ipſum in ſancta eccleſia laboribus anteceſſit quem perſequendo martirem fecit. Duo ergo ſūt que ſollicite penſare debemus. Quia enim multi vocati: ſed pauci electi ſunt: primum eſt vt de ſe quiſqꝫ minime preſumat: quia ⁊ ſi iam ad fidem vocatus eſt vtrū perenni regno dignus ſit neſcit. Secundum vero eſt: vt vnuſquiſqꝫ proximum ſuum quem ſortaſſe iacere in vitiis conſpicit deſperare non audeat: quia diuine miſericordie diuitias ignorat.

¶ In quibus verbis proponentur de ipſo bono opere. 3. myſteria contemplanda.

¶ Primum. dicitur oppoſitionis.

¶ Secundum. dicitur declarationis.

¶ Tertium. dicitur excuſationis.

Circa primum. Queritur vtrum ſit facilius operari bonum ꝙ̄ malum? Circa hoc ſūt due opiniones. Una philoſophorum. Alia theologorum. Prima philoſophorum: q.ſ. facilius ſit operari malum ꝙ̄ bonum. Fundamentum huius concluſionis ſumitur a verbis philoſophi. 3.

ethi. Quod virtus, & bonum verſantur circa difficile. A la prattica. Si difficile eſt ieiunare: che atto virtuoſo, igitur non ieiunare quod eſt vitium: facile. Virtus & bonum &c. Si difficile eſt orare, igitur non orare eſt facile. Sic de vigilijs. Sic de exercitijs ſpiritualibus, Virtus & bonum &c. Idem in .2. ethi. Malum eſt facile: bonum vero difficile. In eodē. Difficile ē eē bonū. Et Pithago⁹ phs. Perdifficile ē eē bonū. Et Boē.3.di.39. Virt⁹ ē de bono & difficili. Et Ambro. ſuper Beati imma. Nullo ſine labore virtus: quia labor eſt proceſſus virtutis. Ille. Unde eſt ꝙ maior pars mortalium ſequitur vitiorum viam: ꝙ nō virtutum? Re⁹. quia via vitiorum eſt facilis: virtutis vero difficilis. Math.7. Lata porta & ſpacioſa via eſt que ducit ad perditionem. Et Lactan. lib. de. b. vita. Bonorum natura in arduo poſita eſt. De qua latitudine Virg. in .6. enei. Facilis deſcenſus auerni. Sed reuocare dum ſuperaſq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor eſt. Ille. Unde concludunt omnes phantes, ꝙ facilius eſt operari malum ꝙ bonum. Patet prima opinio.

¶ Secunda opinio eſt theologorum. Quod facilius eſt operari bonum: per verba ſcripture. Mat.xi. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue. & inuenietis requiem animabus veſtris. Et p.i. Io.5. Hec eſt charitas dei: vt mandata eius cuſtodiamus. & mandata eius grauia non ſunt. Et prouer.4. Ducam te per ſemitas equitatis: quas cum ingreſſus fueris non artabuntur greſſus tui. De qua ſemita: & de qua via: Virg. loquitur Danti: qui volebat: reuerti ad priſtina peccata.

Ma tu pche ritorna a tāta noya:
Perchè nō ſali el delitioſo mōte:
Ch'è pncipio e cauſa de tua goya?

Et quidam deuotus vulgaris.

Chi ſerui adio cuz purita d core.
Viue contento: e poy ſaluato ne more.

Unde patet Primum.

SEcundum dicitur &c. Schola theologorum & doctor pariſienſis: circa iſtam materiam ſic diſtinguunt. Homo poteſt conſiderari in duplici ſtatu. Primo in ſtatu innocentie. Et quantum ad hoc facilius erit operari bonum ꝙ malum. Et hoc propter penitentiam iuſtitie originalis que erat in homine, ex quo partes inferiores iraſcibilis & concupiſcibilis ſubijciebantur rationi. Et ratio: anime: Et aīa deo. Scdo ꝯſideratur poſt peccatum. Et hoc duobus modis. Aut quantum ad ſenſualitatem. Aut quantum ad modum. Si primo modo: magis inclinatur homo ad malum. Et hoc reſpectu carnis infirme. De qua Mat.26. Caro autem infirma. Et.12.q.2.c.1. Omnis etas. Et.10.q.3. Precluſo. In autēn⁹. de monachis. §. triennij.

Et.§.Siquis.cor.p. Et gen.6. Senſus et cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum: ab eo. Et vt habent theologi in.4. di.17. Homo diu ſine veniali eſſe non poteſt. Si ſecundo modo ſcilicet quo ad rationem: Iterum oportet duobus modis ipſum conſiderare. Aut eſt habituatus in bono. Aut in malo. Si in malo tunc facilius eſt operari malum: quam bonum. ratione mali habitus. vt dicemus in ſermone de tarditate bene operandi. Aut habituatus in bonum. ſic facilius eſt operari bonum: quam malum. Et hoc quadruplici ratione.

¶ Primo ratione delectationis.
¶ Secundo ratione inclinationis.
¶ Tertio ratione incitationis.
¶ Quarto ratione promiſſionis.

¶ Ad primam. Una res tanto eſt facilis ad obſeruandum: quanto per illam conſequitur delectationem. Cum ep° dicitur.6.ethi. Homo naturaliter fugit triſte. et appetit delectabile. Et prouer. 17. Spiritus triſtis: exiccat oſſa. Homo triſtis non dormit. nõ quieſcit. non mandit. El ſurſum corda: non ga parte. Ad propoſitum. Ex bona operatione: homo conſequitur ſummam iocunditatem. In.4.ethi. Nullus eſt qui non gaudeat bonis operibus. In.9.ethi. Uirtuoſorum beatiſſima eſt vita. Tullius de amicitia. Conſcientia bene acte vite multorumque benefactorum recordatio: iocundiſſima eſt. Dicunt veritatem ſeculares. Iſti fratres han bon tempo. Uerum eſt: quia homo: poſitus eſt in gratia dei. Unde Ber. Bona vita: ſemper gaudium habet. In cronica ordinis legitur de nouitiis bonomie: In menſa in maximum riſum prouocatis. Dum a magiſtro arguerentur: dixit ei.b. Dominicus. Sine eos: quia habent cauſam ridendi: cum ſint in gratia. Unde virtuoſus in omni tempore habet cauſam ridendi. et ſolacij. Si cogitat de preterito: gaudet quia debitum per ſoluit. Unde apoſtolus.2. Corin.1. Gloria mea hec eſt. teſtimonium conſcientie mee .ſ. quod non mordeat de peccato. Si de preſenti: gaudet: quia eſt in gratia dei ſui. Si de futuro gaudet: quia premium ſperat copioſum. Et licet aliquando videatur difficile propter ſenſualitatem rationi rebellantem: tamen ſpes premij minuit vim laboris. Quod patet. Auctoritate. Figura. Exemplo. ¶ Primo auctoritate Ambro.lib.off. Nihil amantibus durum eſt. nullus labor difficilis. amemus et nos chriſtum. et difficile videbitur facile. Et Tullius in oratio. pro Bruto. Nihil difficile amanti puto. ¶ Secundo figura. De Jacob gen.30. Qui.14. annis ſeruiuit Laban ſocero ſuo: pro habenda vxore Rachel. Sicut qui vellet intrare zardinum vnum ad tollendum poma: non timet ſpinas propter

ſpem illius conſeſtionis. Ad propoſitum. Homo non eſtimat tribulationis huius mundi: quando ſperat paradiſum. Sen. in lib. de mor. Spes premij: ſolatium ſit laboris. Tertio probatur exemplo de homine in conuentu Dom. qui patri conquerebatur. Cur pallor accidiam ſedens in cella. o pater Dominice? Reſpondit quia nondum vidiſti illam requiem paradiſi. Peccator autem per omnia illa triſtatur. Si cogitat: dolorem ſentit. Si cogitat de preterito. obrubeſcit intra ſe di. O yme ribaldo: quid feci? Non immerito: quia vt habet philoſophus .2. methaphiſice. Omne malum erubiſcibile eſt. Que erubeſcentia ex peccato proceſſit. De talibus Ro. 6. Quem fructum habuiſtis tunc: in quibus nunc erubeſcitis? Et Ier. de ſe. Exitus aquarum deducite oculi mei. deficiam in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. Quem fructum tunc habui. in quo nunc erubeſco? Figura de Adam. Ubi es: Uocem inquit tuam audiui. et timui quia nudus eram. Preterea ſi cogitat de preſenti: peccator dolet. quia ſtimulatur a conſcientia. Aug. Peccaui peccatum grande et multorum mihi ſum conſcius peccatorum. Et Augu. in lib. conf. Iuſſiſti domine et vere ſic eſt. vt pena ſit ſibi omnis inordinatus affectus. Et licet peccator videatur ridere: tamen intus moleſtatur a ſtimulo conſcientie: El te ponzé. El te ſagitta. El te bate el core. Iuuenalis lib. pri°. Sat. 4. Nemo malus felix. Si cogitat de futuro dolet: quia damnationem eternam expectat. Ideo Ber. dicit ſuper illo verbo Luce. 15. In ſe reuerſus. quod peccator in ſe reuerſus: habet quattuor cõſiderare Ubi fuit. vbi eſt. vbi non eſt. vbi erit. Ille. Pratica. Ubi fuit in peccatis. ſ. dominẽs. Iere. 6. Requieuit in fecibus ſuis. Ubi eſt ſ. in manu diaboli. Iere. 5. Seruietis dijs alienis qui non dabũt vobis requiem. Ubi non eſt. quia non eſt ſcriptus in libro vite. Deleantur de lib. etc. Quarto vbi erit: quia in igne inferni. iuxta illud. Mat. 25. Ite maledicti in ignem eternum. Unde patet prima ratio. ¶ Secundo ratione etc. Una eſt maxima theologorum. quod res tanto eſt facilis ad operandum: quanto naturalis. Exempli gratia. De riſu et fletu. Ad propoſitum. El far bene. El virtuoſo viuere. eſt ſecundum naturam hominis: inquantum eſt capax rationis. Tho. p. 2. q. 51. ar. 2. Peccatum eſt contra hominis naturã: inquantum eſt contra ordinem rationis. Sup quo Greg. in homil. Et Alber. in comp°. quattuor ſũt genera creaturarum: Quedã ẽ creatura que ſimpliciter habet eſſe: vt lapides: terra: et huiuſmodi. que ſic habent eſſe: quod nullam habent vitam. Quedam creatura que habet eſſe. et etiam vitam: et ani-

mam vegetatiuam ſed non ſenſitiuam vt ſunt arbores flores ꝛ huiuſmodi. Quedam ē creatura que habet eſſe viuere: ſentire. vt ſunt volucres: piſces. ꝛ alia animalia bruta. Quedam eſt creatura que habet eſſe: viuere: ſentire: ratiocinari: ꝛ hic eſt homo. Cui incumbit ꝛ pertinet operari bonum ꝛ recedere a malo. cum ſit capax rationis. Qual ſintende eſſer lo ſtupendo ꝛ admirando opificio de idio. Peccatum ergo eſt contra naturam hominis. Si contra naturam: ergo difficilius eſt operari. Unde Tho. ſuper illud. In via qua ambulabas. Ponit 3. vias ad ambulandum. Una dicitur recta. Alia zota. Alia andar in drieto. Sed peto a te o compagno. que eſt facilior? Andar inanzo. Reſpondebis. Quia retro ire incedit cum periculo cadendi in foueam. vt collum frangat. Ire in galone. nimis laborat ꝛ facit venire ingonayam. Ad propoſitum. Quidam ſunt in drieto como gambari quia ad peccata redeunt. Contra tales: primi Re. 2ᵒ. Recedant vetera de ore veſtro. Pratica. De vomitu. qui coleram eiomit ꝛ iterum reaſſumit. O tu qui promiſiſti patri ſpirituali. non amplius redire ad concubinā. Ad vſuras. Ad blaſſ. Ad peccata vetera. Uia talium eſt difficilis. Dāte in pmo iferni. Nel mezo del camin de noſtra vita. c. 35. annorum. Me retrouay in vna ſelua obſcura. i. vita vitioſa: Quidam ſunt in galone. quia: ocioſe operantur. Ille accedit ad confeſſionē. Alius ad ſermones: como fa la biſſa alzicando: Inuite operatur. Et ſi non eſſet reſpectus mundi: fineret bonum opus. Grego. Amor dei: nunquam eſt ocioſus: operatur enim magna ſi eſt. Si autem operari renuit. amor non eſt. Exemplum illius nouitij. qui fuit nepos vnius cardinalis. Ingreſſus ordinem. groſſa legumina ꝛ a tal com'l edebat. Dum interrogaretur a cardinali quid comediſſet per multos dies. Fabam inquit: ꝛ faſolos. Si quis iaceret vna giauarina in la panza: ſaltaria fora. faua e faſolli a belli ſcutelli. Cui cardinal' video patres Chel viuere ſancto: eſt res dulcis. Iſte in ſeculo. non poterat edere niſi delicata: ꝛ ſemper erat triſtis. Nunc autem lētus hilaris. Cum pratica: de ciue qui aſſidue audit miſſam: quia videretur ſibi excommunicatus: niſi audiret illam. Sic dico de muliere: que confitetur omni menſe. ꝛ deuotiones ſuas celebrat. Unde patet ſecunda ratio. ¶ Tertio ratione ꝛc. Illud eſt facilius ad operandum. ad quod per plures incitamur. Ad bene operandum: omnia nos incitant. Et in preſentiarum quatuor inueniſo. Primum eſt deus per inſpirationes Apoc. 1. Ego ſto ad oſtium. Si quis audierit vocem meam ꝛ aperuerit mihi ianuam in-

trabo ad illum ⁊ cenabo cum il-
lo. ⁊ ipſe mecum. In hac cena
peccator debet ponere. 3. ſcilicet.
Contritionem. Confeſſionem.
Satiſfactionem. Et deus ponet
⁊ ipſe. 3. Primo remiſſionem cul
pe. Infuſionem gratie. Collatio-
nem glorie. Porta tecum: ſi vis
comedere mecum. Quis ad la
chrymas ⁊ cognitionem pec-
catorum te conducit? Certe in-
ſpiratio dei. Secundum ange-
lus: qui eſt cuſtos noſter qui ſem
per clamat auribus peccatoris.
O auare. O concubinarie: ſine
peccata. Tertium domina Sin-
dereſis. De qua Tho. 4. di. 34.
Sindereſis eſt quoddam lumen
naturale rationis. Cuius offici-
um eſt retrahere hominem a ma
lo: ⁊ incitare ad bonum. Quartũ
omnis creatura. Ergo de clauſtro
corporis ⁊ anime. Quelibet crea
tura trina voce quelibet alloqui-
tur. Accipe. redde. fuge. Accipe
beneficium. redde obſequium.
fuge ſupplicium. Ille. Nolite ex-
cuſare: quia omnia clamant: ſa be
ne. Nec diabolus. nec aliqua pu-
ra creatura eſt cauſa tui peccati ve
cauſa directa. ¶ Quarto ratione
promiſſionis. Quia ex operatio-
ne bona promittitur nobis pre-
mium: ex quo incitamur ad be-
ne operandum. Commentator
ſecundo phy. Ex apprehenſione
finis ſequitur delectatio. Et Math.
5. Merces veſtra copioſa eſt ⁊c.
Et Hiero. Nihil eſt felicius chri
ſtiano: cui promittuntur regna ce
lorum. Ad quod facit exemplũ
quod ponit Jacobus de voragi.
in cronica Januenſium. quod centũ
milia theotonici de partibus fla-
uie. Et. c. M. gallici de partibus ſo
ſenoneſi. ducti dulcedine vini: ve
nere in italiam ⁊ edificare Me-
diolanum. Papiam Bergomũ.
Briziam: Veronam ante aduen-
tum chriſti per annos. 250. Po
ſtea Romam iuerunt: quam obſe
derunt vſque ad capitolium: Ro-
mani autem amore patrie ſagit-
tis ſe defenderunt: ⁊ deficientibus
cordis: caudas equorum cede-
runt ⁊ de ipſis fecerunt funes.
Preterea mulieres capillos pro
prios totonderunt. ⁊ cordas fece
runt. Si hoc egerunt amore hu-
ius ſeculi. ⁊ patrie proprie: quãto ma
gis homo pro amore patrie celeſtis:
debet inſudare laboribus? Ideo
Aug. in lib. de ci. ad hoc propoſi
tum ait. Si Marcus regulus: pro
zelo patrie ſue: a carthaginenſibus
eſt occiſus. Si. M. curtius in ab
ruptum terre hiatum ſe proiecit
ad liberationem patrie. Si Bru-
tus: Et torquatus: filios occide-
runt pro iuſtitia ⁊ diſciplina mili-
tari conſeruandis.

Tertium dicitur ⁊c. ſe-
cundum Albertum. ſu
per Luc. quintuplici
ratione excuſatur ali-
quis. ſi nõ operatur aliquod opus.
quibus non excuſet homo ſi non
bene operatur.
¶ Primo ratione periculi.
¶ Secũda ratione poſſibilitatis.

¶ Tertio ratione ignorantie.
¶ Quarto ratione carentie temporis.
¶ Quinto ratione irremuneracionis.
¶ Primo ratione ꝛc. Exemplũ de famulo qui a domino mittitur ad aliquem locum periculoſum. Ratione huius: legytime poteſt ſe excuſare. quia periculum mortis inſtat. Ad propoſitũ. Homo nõ poteſt ſe excuſare legytime: licet habeat vndiq inimicos. cum ſit liber ad bonum ꝛ ad malum. ¶ Secundo ratione ꝛc. Non poteſt ſe excuſare: quia diuina precepta ſunt leuia. p. Jo. 5. Mandata eius grauia non ſunt. Et Hiero. in expoſitione ſymboli. Anathema ſit qui dicit deum aliquid impoſſibile precepiſſe. Vbi Tho. 22. q. 44. ar. primo. Diuina precepta reducuntur ad duo principalia. Ad dilectionem dei ꝛ proximi. Ad que obſeruanda: natura cogit. Primo diligere deum natura cogit. l. Sed ſi lege. §. Conſuluit. ff. de petitione hereditatis. Benefacienti benefacere debem⁹. A quo benefactore: omnia bona habemus. Eph. 4. Quid habes quod non accepiſti. Et Scotus in prologo primi ſententiarum. Quid rationabilius  deum ſuper omnia diligere: ꝛ proximum ſicut ſe ipſum? Secundo diligere proximum natura cogit. Cum ſit nobis ſimilis. In. 8. eth. Similitudo eſt cauſa amoris. Et Mat. 23. Vnus eſt enim pater veſter qui in celis eſt omnes autem vos fratres. Et. ff. de legatiõib⁹. l. Queſitum. Cum inter homines cognitionem quandam natura contraxerit: conſequens eſt hominẽ homini nocet nephas eſſe. Tertio ratione ꝛc. Si ruſticus ignorat logicam ꝛ philoſophiam: excuſatur: Per che non e ſo paſto. Ad propoſitum. Nemo poteſt ſe excuſare. non iudeus. non paganus. non ſaracenus: ſi non bene facit. quia natura dictat fugerẽ malum. ꝛ eligere bonum. Apuleius de deo Socratis. Artes alie ſiue ſcientie: ignorari poſſunt ſine vituperatione: vt ratio ſaltandi. pingendi. ſed neſcire bene viuere: nunq audebis dicere ſine pudore. Pratica de mulieribus in ſaltãdo. Quarto ratione ꝛc. Pater non habeo tempus. Excuſatur homo quantum ad hoc. Ad propoſitum. Nemo poteſt ſe excuſare. Quia habet tẽpus. ꝛ. 20. ꝛ. 30. ꝛ. 40. annos. Habes etiam in hebdomada. 6. dies pro labore terreno. Saltem diem dominicum: Sapelo teguir pro anima tua. In hoc mundo Deus dedit nobis magnam copiam temporis: ideo vti debemus ad bene operandum. Vnde apoſtolus. Dum tempus habemus operemur bonũ. Ad malum vitãduz: Eccleſiaſtici. 4. Cõſerua tẽpus ꝛ deuita a malo. Et ad ſal procurãdum. 2. Corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. In hoc tpe debet quili-

bet benefacere: priuſq̃ tempus
pretereat. priuſq̃ mors ſuperue-
niat: priuſq̃ mors derelinquat.
In iudicio autem erit de tempo
re ratio reddenda. Tunc enim de
us omne tempus noſtrum acci-
piet. ⁊ ſecundum illud nos exa-
minabit ⁊ iudicabit. Ber. Om-
ne tempus nobis impenſum re-
quiret a nob: qualiter ſit expenſum.
Ideo ſancti diligenter cauent ne
amittant modicum quid de tem
pore. Unde Auguſtinus lib. con
feſ. accuſat ſe coram deo: de hoc
q araneas. muſcas capientes ali-
quando libenter vidit. Et de hoc
q viam tranſiens. vidit libenter
canes leporem inſequentes. Io
annem ſe accuſat de ijs. non q in
his peccatum ſit: ſed quia tem-
pus ſibi occupauit: quod medi-
tationibus debebat expendere.
In inferno: erit magna cariſtia
de tempore. Apoc. 10. Angelus
iurauit per viuentem in ſecula:
q tempus amplius non erit ſci-
licet penitendi. Si damnati poſ-
ſent habere aliquod momentum
temporis: carius eis eet: q̃ ſi to
tum mundum lucrarentur. Ser
uandum eſt ergo quod dicitur.
Eccleſiaſtes. 9. Quodcunq̃ po-
teſt manus tua: inſtanter opera-
re. Ad propoſitum. Noli te ex-
cuſare q deficiat tẽpus. ¶ Quin
ta ratione ⁊c. Quando quis non
premiatur de labore ſuo excuſa-
tur. Ad propoſitum. Quantum
ad hoc: non excuſatur homo: q2
premiatur vltra condignum.

Ro. 8. Non ſunt condigne paſ-
ſiones huius temporis ⁊c. Au-
gu. Opus cum fine: merces ſi-
ne fine. Exemplum patris Do-
minici. Quadam die in choro
exiſtens poſt ſacramenti eleuatio
nem eleuatus in extaſi. clamauit.
Agamus bona fratres: quia ma
xima premia pro laboribus no-
ſtris preparantur. Quod bonũ.
quod premium eſt hoc. o pater
Dominice? Maximum bonum.
bonum quietum. bonum perfe-
ctum. bonum amabile. bonum
ſeparatum ab omni malo. bonũ
indeficiens. bonum excedẽs om
nia temporalia commoda. dile-
cta ⁊ piazeri iſtius mũdi. O ſur-
di. O ſtulti. ⁊ tardi corde ad cre
dendum. non ſit vobis difficile
operari bonum: non vos terre-
at aſpera virtutum ſemita. Eſto-
te conſtantes ⁊ fortes ad benefa-
ciendum: ⁊ audire merebimur
illam vocem benigni Jeſu. Ma
thei. 5. Merces veſtra ⁊c.

¶ Dominica in ſexageſima. De
audli ſõe omini Dbi. Sermo. 23

Semen eſt ver-
bum dei. Luc. 8. Fra
tutte le mirabile ⁊ ſtu-
pende operatione: qual
adopera Dio in preſenti machi-
na: excellentiſſima vocari poteſt
ſua clementia: qua m[illegible]rtimus.
nephandus. profanus ⁊ ſceleſtus
peccator de iniuſto efficit iuſtus.
De lupo rapace. ⁊ leone feroci:

efficitur homo ſeruus ieſu chri-ſti. Ber. ſuper Can. Domine do-minus noſter ꝙ admirabile ē no-men tuū ī vniuerſa terra. Quid eſt homo quia memoriſti ei aut fi-lius hominis: quia reputas eū? Deniꝗ mittas ei vnigenituz tu-um. immittis ſpiritum tuum. ꝑ-mittis vultum tuum. Et nequid vacet in celeſtibus ab opere ſolli-citudinis: illos etiam beatos ſpi-ritus propter nos mittis in mi-niſterium noſtrum. Ille. ¶ De primo beneficio. Jo. 3. Sic deus dilexit mundum: vt filium ſuuz vnigenitum daret. De. 1°. Jo. 15. Mittā eū ad vos De. 3°. Exo di. 33. Oſtendam autem tibi om ne bonum. De. 4°. ps. Angelis ſuis deus mandauit de te: vt cu-ſtodiant te in omnib⁹ vijs tuis. Ideo Sap. 12. dicitur. Cum ma-gna reuerētia diſponis nos. Mi ſerie famis ⁊ ſitis: prouidit de ci-barijs. ⁊ potibus varijs. De pa-ne Sap. 16. Panem de celo pre ſtitiſti eis. De vino Can. 5. Bi-bite vinum ⁊ inebriamini chariſ-ſimi. Miſerie nuditatis: de veſti mentis. Miſerie frigoris: de ca-lore ignis: Miſerie tenebrarum de lumine: lune in nocte: ⁊ ſolis in die. Gen. 1. Fecit deus duo lu minaria: luminare maius vt pre-eſſet diei: ⁊ luminare minus vt preeſſet nocti. Miſerie infirmita tum: de medico ⁊ medicinis. Ec cleſiaſtici. 38. Honora medicum: propter neceſſitatem etenim illū creauit altiſſimus. Miſerie ani-me noſtre: prouiſionem fecit de verbo predicato: quod eſt medi-cina ſpiritualis qua ſanatur a lan-goribus peccati. Unde ps. Mi-ſit verbum ſuum. ſ. per predica-tores. ⁊ ſanauit eos. Et dominus per Iere. 38. Audi queſo vocem domini: quam ego loquor ad te ⁊ bene tibi erit. ⁊ viuet anima ve ſtra. ſ. peccato mortua. Et. 22. Terra. terra. terra: audi verbum domini. Et ꝗuis diuerſa ſint re-media ad ſanandam animam no ſtram a peccatis: pricipale tamen eſt auditio diuini verbi. Hoc ē il lud ſemen: quod in terram bonā cecidit ⁊ fructū attulit. Semen eſt ⁊c. In quibus verbis tria my ſteria de ipſo verbo diuino conſi derabimus.

¶ Primum. dicit neceſſitatis.

¶ Secundum. dicit vtilitatis.

¶ Tertiū. dicitur mobilitatis.

Primum dicitur ⁊c. Dubiuz querit. Utrū ſit neceſſarium ad ſalu tem: audire verbum dei? Ad hoc ſunt due opiniones. Una dicit ꝙ non. Ratio eſt. Ma Diſ. p. c. Miſſas: non fit men-tio de ꝑdicatione: qđ feciſſet ſi eſ-ſet neceſſariū. Igit ⁊c. Alia opi-nio dicit ꝙ ſic. Quia cū homo teneatur ad ea: q̄ ſunt ſibi neceſſa-ria. Et hoc eſt in ꝑdicatione. Igi tur ⁊c. Rñdeo ſm doctores: ꝙ eſt neceſſarium: quod probat tri-plici ratione ad preſens.

¶ Primo. ratione finis.

¶ Secundo. ratione nutrimēti.

¶ Tertio. ratione cognitionis. ¶ Primo ratione ꝛc. Concluſio eſt philoſophi. pº ꝛ 2º phyſicoꝛū ꝙ finis imponit neceſſitatem eorum omnium que ſunt ad finem. Exempli gratia. De infirmo qui ad ſanitatem non poteſt peruenire. niſi per media. per pinnulas. ſyropos. medicinam. ſi in vno deficit: nihil facit. Quia finis imponit ꝛc. Ad propoſitum. Finis noſter eſt deus: vt probat ſchola theologorum. Tho. p. 1. q. i. Ricardus in quarto. diſtin. 49. ꝛ Scotus in eadem: Ad hunc finem non poſſumus peruenire niſi per virtutes: que dicuntur debita media. De quibus Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua ꝛc. Hierony. ad euſtochium: Eterna vita non niſi obſeruatione preceptorum percipitur. Ille. Per ſcalam virtutum peruenimus ad deū. In primo Ethi. Beatitudo eſt premium virtuoſarum operationum. Ecce quia finis imponit neceſſitatem eorum que ſunt ad finem. Sed virtutes melius ſcire non poſſumus videlicet humilitatem: obedientiam: patientiam: charitatem: pacem: ꝛ huiuſmodi: ꝙ per diuinū verbum predicatum: ꝛ per predicatores. Quis te docuit has virtutes? Nunquid grammatica? Nō vere: quia occupatur circa concordantiam: adiectiui cum ſubſtantiuo. Nunquid logica que occupatur circa verum ꝛ falſum? Non. Non philoſophia quia occupatur circa naturalia. Nō aſtrologia: quia occupatur circa curſum planetarum. Non rhetorica: quia occupatur circa facundiam. Non muſica: quia circa cantum. Et re mi. Sed quis docet? Certe predicatio diuini verbi. Quid dicis o Paule ad Ro. x. Fides eſt ex auditu: auditus autem per verbum dei. ſ. predicati. Et Bernar. Unde tanta lux fidei in toto orbe: niſi de ieſu predicato? Ille. Omnia que habemus de alta vita eſt per fidem: ꝛ fides eſt per predicationem. Unde proceſſit conuerſio totius mundi? Certe per predicationem apoſtolorum: ꝛ aliorum predicatorum. Unde apoſtolus. prime ad Thimo. 4. Argue obſecra increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Nota in verbo doctrina. tres conditiones neceſſarias vero predicatori. Prima eſt ſcientia: A cano. 16. q. i. c. Si clericatus. Multo tempore ſtude. quod poſſis docere. Stude non in ſcartafacijs: non in bubulis: non in ſomnijs: ſed libris autenticis: Multo tempore ſtude. Et diſtin. 38. c. Ignorantia eſt mater cunctorum errorum. Et. p. q. p. Uiliſſimus computandus eſt niſi precellat ſcientia qui eſt honore preſtantioꝛ. Sed heu quia hodiernis temporibus: non niſi cauadenti. ber bolati.

ignorantl. zauzatori: hoc egregi-
um officium ſibi vſurpant. Se-
cunda conditio eſt bona vita: non
viſo de caponi: manche de roſtio-
li: ſed de ſanctitate vite. Unde
Gregorius. Cuius vita deſpici-
tur: reſtat vt eius predicatio con-
temnatur. Et Lactan. in. 4. Ho-
mines malunt exempla ꝙ ver-
ba. quoniam loqui facile: preſtare
difficile. Ideo chriſtus Mat. 5.
Vos eſtis ſal terre: Unde debe-
rent lapidari: dantes malum ex-
emplum .ſ. predicatores & capi
chiaregari. Tertia conditio eſt pa
tientia. ps. Beati patientes erunt
vt annuncient. Et Hierony. ad
heliodorum. Epiſcopi & presby-
teri & predicatores habeant ad ex
emplum apoſtolos & apoſtolicos
viros quorum honorem poſſi-
dentes: habere nitantur & meri-
tum. Exemplum de chriſto pre-
dicatore: cui dictum eſt: Demo-
nium habes. & ſamaritanus es.
Et coram cayphas accuſatus: ac
alapa percuſſus: patiens nihil re-
ſpondit impatientie: Apoſtoli pa
tientes. Sic pater noſter Domi
nicus. ſic Uincentius. ſic alij pre-
dicatores ſancti. Ideo dicitur in
omni patientia & doctrina. Unde
in vitis patrum legitur. Quod
demon loquens cum beato Ber
nardo: & videns: Bernardus du
os fratres: queſiuit a demone de
conditionibus eorum. Demon
poſuit manus ad os dicens. Nō
eſſet generatio melior in mundo
ſi manus. i. operationes concor-
darent verbis. Unde patet pri-
ma ratio. Secundo ratione &c.
Nullum animal eſt qui poſſit vi-
uere ſine nutrimento: vt experi-
entia docet. Unde philoſophus
lib. de generatione & corruptio-
ne. Omne viuens indiget ali-
mento conuenienti ſue vite. Ho-
mo componitur ex anima & cor-
pore: vt habet magiſter in. 2°. li.
ſententiarum diſtin. 11. Sicut cor
pus non poteſt viuere ſine cibo
materiali. videlicet pane: vino: &
alijs: Ita anima ſine ſpirituali ci-
bo. Sed qualis eſt cibus anime?
Uere eſt verbum dei predica-
tum. Matth. quarto. Non in ſo
lo pane viuit homo: ſed in om-
ni verbo ꝙ procedit de ore dei.
Et Lactantius libro primo ca-
pitulo primo. Nullus ſuauior
anime cibus: ꝙ cognitio verita-
tis. que. ſ. eſt. facta per predicatio
nem. Et Grego. in homel. Uer
bum dei eſt cibus mentis. Et de
cretalis extra de officio. iudicis
ordinarij. Inter cetera que ad ſa-
lutem ſpectant populi chriſtiani:
pabulum verbi dei per maxime
noſcitur neceſſarium: quia ſicut
corpus materiali: ſic anima ſpiri-
tuali cibo nutritur. eo ꝙ non in
ſolo pane viuit homo: ſed in om
ni verbo quod procedit de ore
dei. Ille. Ideo ſtricte eccleſia pre
cipit prelatis & presbyteris cura

tis vt predicent: aut predicari fa-
ciant in eccleſijs ſuis. Ut Diſtin.
36. c. Ecce. Similiter precipitur
populis: vt audiant ſacerdotem
predicantem: vt dicitur. De con
ſe. diſtin. i. c°. Sacerdote verbū
in eccleſia faciente: ſiquis egreſ-
ſus fuerit de auditorio: excom-
municetur. Ubi talis concluſio
elicitur: Quod qui ad predicatio
nes non vadit: ⁊ dei verbum
non ſolicitat vt plures faciunt: ſu
ſpectus habetur in fide: ⁊ non e
bono chriſtiano. Non eſt verus
catholicus: non eſt filius dei. O
pater quis dicit hoc? Nunquid
Auguſtinus? Aliquid Hierony-
mus? Audi doctorem chriſtum.
Jo. 8. Qui ex deo eſt verba dei
audit: propterea vos non audi-
tis. Clama. Quia ex deo nō eſtis.
Si non eſt homo ex deo qui audi-
re non vult dei verbum. Igitur
ex diabolo eſt. Quod patet expe-
rientia. Quia plures magis audi
unt cantilenas: ad taxillos ludunt
ad tabernas vadunt. ad lupana-
ria pergunt: ⁊ ſic patet ſecunda
ratio quomodo eſt neceſſaria au-
ditio verbi dei. ¶ Tertia ratio-
ne ꝗ̄. Quilibet naturaliter cupit
ſcire ⁊ intelligere. In primo
Meth. Omnes homines natu-
ra ſcire deſiderant. Tullius pri-
mo de offi. Omnes enim duci-
mur ⁊ trahimur ad cognitionis
⁊ ſcientie cupiditatem in qua ex-
cellere pulchrū putamus. Idem

in queſtionibus tuſculanis. Ineſt
enim mentibus noſtris inſatiabi-
lis quedam cupiditas veri viden
di. Nota inſatiabilis. Quia ſi
homo eſt grammaticus. vellet
eſſe rhetoricus ⁊ philoſophus. ⁊
aſtrologus. Scientia eſt infinita.
Et non ſolū appetitus iſte eſt in-
ter homines: vetum inter mulie
res. Unde in confeſſione loquun
tur litteraliter: Confiteor deo ⁊
beate Marie. ⁊ beato Franciſco.
Cum ergo ſit quaſi incredibilis
numerus hominum ignoranti-
um veram ſcientiam: veram do
ctrinam: ⁊ predicatores illam do
ceant in ſuis ſermonibus: natu-
ra debet eos mouere ad audien-
dum illos. Ad quod agendum
inducimur exēplis philoſopho-
rum. Ualerius Rubrica de ſtu-
dio ⁊ induſtria. Et Cicero in lib.
de ſenectute debēt ꝙ Solon phi
loſophus cum eſſet vicinus mor
ti: ⁊ aſſiſtentibus amicis quedam
ꝗ̄ conferētibus de anime exitu:
iam preſſum caput erexit: inter-
rogatus quare hoc feciſſet. Re-
ſpondit vt cum iſtud quicquid
eſt de quo diſputatis percepero
moriar. Preterea Hierony-
mus ad Nepotianum. Demo-
ſthenem dicit quod cum exple-
uiſs centum annis: ſe mori cerne-
ret: fertur dixiſſe: ſe dolere quod
tunc egrederetur ex hac vita:
cum ſapere cepiſſet. Preterea
Plato cum eſſet etatis an-

nouum. 52. ſcribens mortuus ē. Preterea Socrates habens annos. 99. in laboribus ſcribendo ac dicendo mortuus eſt. Preterea Apollonius philoſophus qui 19. prouincias circuiuit vt ſcientiam adiſceret. Et quidam alius qui annos. 70. ſtetit in deſerto: vt intelligeret virtutem apis. Et regina ſabba: de qua tertij Reg. 10. Longum iter egit vt audiret ſapientiam Salomonis. Preterea Hieronymus de ſeipſo ſcribit ad Pammachium et Oceanum: cum iuuenis eſſet audiuit hos magiſtros. Appollinarem in antiochia. Didimum in alexandria: et dum eſſet ſenex in bethleem litteris hebraicis inſudauit. Si ergo iſti homines cum tanto labore et ſtudio ſcientiam queſierunt: vt audirent alios: quanto plus homo chriſtianus id agere debet in auditione diuini verbi. cum nō ſit ſcientia non lectio que tantum hominem contentet: vt eſt verbum dei predicatum? In ipſa ſancta predicatione traditur lectio de deo: de angelis: de purgatorio: de inferno: de moribus: docet et quid agere debeas. Sed plures ſunt chi ſe ne fa beffe. Tales audiant philoſophum in primo Ethi. Qui neque ipſe intelligit: neque alium audiēs in animo ponit: hic inutilis natus eſt. O homines fatui: o mentecapti: o beſtiales viri: cur non itis ad ſermones ſanctos. Hec eſt ſine qua nemo ſaluatur: nemo viuit: nemo gaudet. et ſic patet primum.

Secundum principale dicitur etc. Quamuis ſint plures fructus tamen quinque reperio.

¶ Primus dicitur illuminatio.
¶ Secundus. dicitur conſolatio.
¶ Tertius. dicitur fortificatio.
¶ Quartus. dicitur delectatio.
¶ Quintus. dicitur vite eterne acquiſitio.

¶ Primus dicitur etc. Illuminat quippe intellectum hominis: ſicut ſol illuminat mundū. Quid dicis o Dauid? Canta. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis .i. peccatoribus. Idem Lucerna pedibus meis eſt verbum tuum ſcilicet predicatum. Sicut lucerna homines dirigit in nocte: ſic ſancta predicatio i nocte peccati. Quanta fuerit vtilitas in verbo dei predicato: apparet in miraculis exemplis. Quis illuminauit Dionyſium ario. ad chriſti fidem? Certe apoſtolus Paulus. Quis totam romam? Vere predicatio Petri et Pauli. Quis totum orientem: Samariam: Iudeam: Aſiam: Cappadociam omneſque partes orientis? Vere apoſtolorum predicatio. Quis conuertit hereticos: manicheos: pellagianos: valētinianos? Vere ſermo Auguſtini Ambroſijque et aliorum do-

ctorum. Quis lumbardiam ⁊ romandiolam conuertit? Certe Petrus martyr. Quis occidentem in regno granate ⁊ iudeos ac ſaracenos? Uere ſanctus Uincentius. Quis totum munduz? Uere predicatores. Quis marſiliam conuertit? Uere magdalena. Quid dicam de celſo patre noſtro Dominico qui circa centum mille homines conuertit? Sic dico de fráciſco. de Bernardino. Uñ quaſi renouata eſt religio chriſtiana ex verbo predicato. Quod patet exemplo ex cronica ordinis noſtri. Cuz duo fratres pergerent ad capitulum generale Bononiá: occurrit eis demon dicens. Quo tenditis? Boniam inquiũt. Quid ibi facietis inquit? Ordinabimus predicatores per diuerſas prouincias ad predicandum. exclamauit demon. Ordo iſte eſt cõfuſio mea. Et certe ita ẽt. ❡ Secundus ⁊c. Multi ꝗuis ſciãt bona que operari tenentur: ⁊ mala a quibus ſibi cauere debeant: tamen quandoque nec faciunt: nec mala fugiunt deuicti quadam tepiditate: aut potius ſenſualitate: ⁊ delectatione bonorum temporaliuz: vt vſurarius: concubinarius. odioſus. Alij etiam ꝗuis ſciant penas inferni eſſe timendas deſiderandumqꝫ celum: tamen habent cor inſipiduz ſine amore: ſine deſiderio ⁊ pietate: cum vero tales audiunt verbum dei frequenter confortantur ad deponendũ omnem tepiditatem. ad amplectẽdas virtutes ad ſurgendũ a peccato. ad deſiderandum paradiſum. Unde Dauid. Audiui. ſ. predicationẽ: ⁊ conturbatus eſt venter meus. ideſt conſcientia mea. Non immerito cives mei: quia ſi eloquentia antiquorũ philoſophorum fuit tante vis: vt in ſtuporem poneret omnes auditores: ⁊ cor eorum mutaret: quantoplus eloquentia predicatoruz: que eſt ſpiritus ſancti ⁊ ieſu chriſti. Iuxta illud. Non enim eſtis vos qui loquimini ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis? Recitat Ualerius de ſtudio ⁊ induſtria. ꝙ Cato cenſorinus tam eloquens fuit: ꝙ nunquam ab aliquo grauatus ꝙ per alium defendi voluerit. Et vt dicit Plinius in libro de viris illuſtribus. Quadrageſies quater accuſatus fuit per ſe ſolum cauſam dixit optimeqꝫ fuit abſolutus. Et vt dicit Tullius primo q. Tuſculanarum. Tanta fuit in eo eloquentia quanta illis temporibus in quoqꝫ poſſet inueniri. Preterea quidã philoſophus nomine Egeſias: adeo copioſe ⁊ facunde docebat de bono mortis: ⁊ de alia vita ꝙ multi auditis illis: ſibi inferebant mortem. Qua ppter a rege Pt[illegible]lemeo prohibitus eſt, illa amplius lege

re ⁊ docere. Preterea maxima fuit eloquentia Tulij. de qua refert Lactantius in 3°. Quod ſua eloquentia hominum corda habebat in manibus vt quicquid vellet haberet. Intantum quod cum quadam vice faceret orationem coram Apollonio philoſopho. In tantam admirationem venit ipſe Apollonius: ꝙ velut per extaſim tractus non intelligebat: ⁊ per multam moram tacitus ſedit. Dixit tandem. Te nempe Cicero laudo ⁊ admiror. Preterea de eodem: Cum oraſſet apud Ceſarem pro amico ſuo. Q. ligario: qui erat inimicus Ceſaris: tanta gratia facundie admirabilis in eo fuit: vt Ceſar in plurimos colores vultuꝫ verteret: ꝙ fuit ſignum manifeſtum: ꝙ animus Ceſaris mutabatur: ⁊ ſic eum in concordia poſuit. Preterea de Xenocrate philoſopho: dum in ſcolis legeret: quidam Polemius nomine. diſſolutus mores mutauit. propter facundiam illius. Ad propoſitum noſtrum. Si ergo tanta vis erat illis oratoribus eloquentie vt animos mutarent ac in ſtuporem verterent: quanto magis in verbo dei predicato? Quod apparet vndiqꝫ ex mirandis verbis tam apoſtolorum: ꝙ aliorꝫ qui alios peccatoruꝫ adeo conſortauerunt ſuis placidis verbis: vt ipſi omiſſis peccatis ad virtutes pergerent: et bonam vitaꝫ inciperent. Unde pſalmiſta. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. O inſtrumentum ſalubre quo mouentur mentes dure ad bene agendum: ad deum laudandum. Ex Cronica ordinis: exemplum habetur. Cum magiſter Jordanus predicaret Vercellis: vbi tunc erat ſtudium: in paucis diebus. ij. clericos litteratos ad ordinem traxit. Erat ibi quidā magiſter Gualterius theutonicus: tunc regens in artibus ⁊ in medicina ſatis peritus: qui conductus erat ex magno ſalario ad legendum. Dixit ſcholaribus ſuis: cauete ne eatis ad predicationes neqꝫ audiatis verba iſtius magiſtri Jordanis. Quia ſicut meretrix polit ſermones ſuos: vt capiat homines. Mira res. Qui alios retrahebat: ab eo eſt primus captus ex ſermone illius. Et cum ſenſualitas vellet eum retrahere ab ordinis ingreſſu: pugnis ſe percutiebat dicens. Tu ibis. Quod ⁊ factum eſt. Factus eſt frater ordinis predicatorum. O predicatio ſancta. ¶ Tertius dicitur ⁊c. Fortificat eos qui ſunt boni: vt in melius proficiant: ⁊ perſeuerēt: ita ꝙ ex verbo

dei: quiſ conſeruantur ⁊ nutriuntur: ſicut plantula: que vt viridi tatem conſeruet: aquis irrigatur. Et ita differunt ad inuicem qui ad predicationem vadunt: reſpectu aliorum: ſicut ei dia ala nocte: Quia qui vadunt: ſunt fortes ⁊ conſtantes: non ſbocadi: nō ſrenetici: non colerici: vt ſunt illi qui non accedunt. Et ſi quando in peccatis cadunt: ſepe reſurgunt. iuxta illud Prouerbio. octauo. Septies i die cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Exemplum de magdalena que poſt ꝑplurima peccata confortata ex predicatione chriſti: fortis ⁊ conſtans plus ceteris ardebat. Quartus dicit ⁊c. Delectat enim verbuȝ dei: ⁊ recreat ſpiritualiť audiētes. Nam omnis bona anima: libenter audit magnalia ſui creatoris. Et ſicut amicus libenter audit bona de alio amico: ita homo dei amicus audit libenter ſermones dei. Ubi dicunt doctores: quod non eſt ſignum tam clarum: ꝙ diſcernat bonum ⁊ malum hominem: ſicut auditio diuini verbi. O ieſu quid dicis. Jo. octauo: Qui ex deo eſt verba dei audit: propterea vos non auditis: quia ex deo non eſtis. Et Tullius. Cuius aures veritati clauſe ſunt: huius ſalus deſperanda eſt. Et per oppoſitum. Homo enim ſpiritualis libenter audit: quia in ipſo recreatur. Exemplum ſcolaſtice: de qua Gregorius in primo dia. Que cum ad eam beatus Benedictus fuiſſet viſitationis gratia ſecū et que dulcem exhortationem inteꝛiniſſet iam ſero aduenirſſet: rogauit eum vt ſtaret ibi iſta nocte ſicque aliũ longiorem facere ſermonem: ipſe renuit. Illa vero capite in ſinu paulum inclinato orauit dominum immitteret aliquod impedimentum quo ipſe diſcedere non poſſet. Continuo tanta aquarum inundatio ſecuta eſt. quod nullo modo abſcedere non potuit: vbi tota nocte ſteterunt in colloquijs diuinis.

¶ Quintus dicitur ⁊c. Quid dī. Luce. decimo: Beati q audiunt verbum dei. Unde pono tibi hanc concluſionem. Quod qui ſermones frequentat quaſi impoſſibile eſt damnari. Ratio quia habitum bonum fecit virtutum cum audiuit predicationes. Demon de pluribus temptat hominem precipue de fide. Sed homo qui audit predicationes iam veram fidem habet: cum fuerit doctus in predicationibus ſanctis. Exemplum in vitis patrum legitur de quodam iuuene: qui monachus effectus eſt: qui ſororem dimiſit ſolam in ſeculo: q̄ videns ſe priuatam omni cuſtodia: omni vitio corpus ſuū

expoſuit. Frater hoc audiens ei cepit p̄dicare vitij ſui enormitatem: que audiens prouoluit ſe ad pedes ſui fratris. Cui frater. Uis ſaluari? Uolo inquit: ⁊ te rogo vt me tecum venire permittas ad heremum. Euntibus autem illis: in medio itineris pre dolore mortua eſt. Frater autem orationem agens pro ea: nocte ſequenti reuelatum eſt ei q̄ ad celum iuit. Uide ⁊ predicatio dat hominibus paradiſum: Sed quia hic agitur de muliere. Queritur dubium. Quare eccleſia inhibuit mulieribus predicationis officium. prime ad Corinth. 14. Mulieres in eccleſijs taceant. Et prime ad Thi. 2. Docere mulieri non permitto. Et de conſecra. diſtin. 4. c. Mulier? Reſpondet Th. 22. q. 177. duplici ratione.

Prima ne animi hominum alliciantur ad libidinem. Eccleſiaſtici. 9. Colloquia mulieris quaſi ignis. Bernar. Stare cum mulieribus ⁊ immunem ſe conſeruare: maius eſt q̄ mortuos ſuſcitare. Secunda ratio: quia mulier non eſt in ſapientia perfecta ſicut vir: vt poſſit ei conuenienter committi publica doctrina. Sed quid dicemus de Magdalena: Catarina: Cecilia que predicauerunt? Reſpondeo q̄ hoc fuit ex priuilegio particulari ſpiritus ſancti. Et priuilegia paucorum non faciunt legem communem. Patet ſecundum.

Tertiu p̄ncipale d̄r ⁊c. Uerbū di audiri dꝫ q̄ntupliciter vt doct. ponūt.
¶ Primo ſollicite.
¶ Secundo deuote.
¶ Tertio memoriter.
¶ Quarto humiliter.
¶ Quinto perſeueranter.
¶ Primo quidem ⁊c. In. 3. phyſicorum. Ignorato principio: ignorantur ⁊ que ſequuntur. In primo Elencorum. Principium eſt pluſq̄ dimidium totius. In primo celi ⁊ mundi. Principia ſunt minima quantitate: ſed maxima virtute. Et. ff. de origine iuris, l. facturas dei, Cuiuſcunq̄ rei potiſſima pars: eſt principiū. Sed ſunt nonnulli: qui ad predicationem non vadunt ob pigritiam. Alij deuicti auaritia: raro illam integram audiunt. Quibus dico q̄ non benefaciunt. Quoniam ſi audirent quinquaginta ſermones non expenderetur tempus trium dierum: Et tot bona acquirerent pro anima: pro conſcientia: pro vita eterna. ¶ Secundo deuote. Contra eos qui aut dormiunt: aut loquuntur in eccleſia: q̄ eſt peccatum. Si enim homo ſtat compoſitus ante dominum temporalē: plus ante predicatorem. Unde Aug. 1. q. 1. Interrogo vos fratres vel ſorores. Quid plus vobis eē videt: Corpus xp̄i: an verbuꝫ dei? Si vultis verū rn̄dere hoc dicere debetis q̄ nō ſit min⁹ v̄bū dei

q̄ corpus x̄pi. Ille. Archidiaco nus super ho. c. Loquī dupliciter possum⁹: aut respectu dignitatis: sic missa est dignior: aut respectu vtilitatis: sic p̄dicatio est vtilior. In hac possunt interesse infideles: heretici ⁊ oēs: q̄d non est in missa: qī est vtilior. ❡ Tertio memoriter. Cibus nō nutrit nisi retineaẗ in stomacho. Et ad retinēdum est necessaria bōa masticatio. Sic verbū dei nisi mēte retineatur: ⁊ ad ipsum retinēdū est necessaria masticatio. Unde Ps. Non obliuiscar sermones tuos. Cōmenda memoriter.

❡ Quarto humiliter. Si q̄n predicator reprehendit vitia: humiliter sustine: nec ipsum arguas cū is verbis iniuriosis: vt sepe quidā faciūt: sicut mihi accidit Placētie: dū p̄dicarem ↄtra montez pietatis: q̄dā ↄtra me insurrexit. Hoc est pcī qī spūi scō resistat. Ambro. Ueritas a quocūq; dicaẗ a spū. s. ē. ❡ Quinto pseuerāter. Cōtra illos qui icipiūt per 10. aut. 20. dies: deīn nō pseuerant. Et vt dicit Bernar. Sola pseuerātia coronaẗ. Criso. super Mat. 8. In verbo secuti sunt eū turbe multe. Quidā vt miracula viderēt. De qbus: Magr̄ volumus a te signū videre. Quidā vt sindicarēt ipsum. O quot sunt. Quidaz vt audirēt doctrinā ei⁹. Figuraẗ p sentia euāgelij. Hic q̄ isti sunt qui grandia merita sibi acquirunt in celesti patria. Ad quam ⁊c.

❡ Dn̄ica i q̄nq̄gesima. De grati ⁊ casu flebili aīe. Sermo. 3.

Si linguis hominū loquar ⁊ angelorum. charitatē āt nō habeam: factus sum velut es sonās aut cymbalū tiniēs. ❡ Est trita ⁊ vulgata s̄nia oīuz theologantiū. q̄ ille pius ⁊ dulcis pater noster Deus: hoiem fecit ad finem vite eterne. Sed ex peccato veluti animal fuit expulsus. locatus ⁊ positus in hac valle miserie. Unū ps. Homo cū in honore esset ⁊c. De qua animalitate apostol⁹ pri. Corin. 2. Animal hō nō percipit que sunt spūs dei. Sed volens reuerti ad pristinū locū: oportebat incedere p virtutes. Unū Lactan. in. 6. c. 3. ⁊. 4. Due sunt vie p quas humanā vitā pgredi necesse est. Uita. s. q̄ ad celū ferat altera que ad inferos deprimat. Aiūt ⁊ poete in carminibus ⁊ phi in disputationibus suis induxerunt. Et alterā quidē virtutū eē voluerūt. alterā vero vitioꝝ. Ille. Via cum di ad infernū ⁊ paludem stigiam: lata ⁊ pfacilis est. In. 6. enei. Facilis ⁊ descensus auerni. Et pho. 2. Ethi. Malū ē facile. bonū vero difficile. Uia eū di ad Paradisum. est difficilis. Mat. 7. Arta est via que ducit ad vitā. Sed in fine remanet aīa consolata. Unde ⁊ Aristo. solebat dicere. si come ponit Laertius. Studiorum liberaliū amare

ſunt radices. fructus vero dulces. et Sen. Sola virtus preſtat gaudiū ꝑpetuū et ſecuꝝ. In. 9. ethi. Beatiſſima eſt vita virtuoſoꝝ. Sed in hac via poſuit iuſticiā, tēperantiā, patientiā, fidē, caſtitatē, abſtinentiā, ↄcordiā, ſcientiā: veritatē, ſapientiā, et alias virtutes. Sꝫ ſimul cū his, paupertatē, ignominiā, laborē: dolorem, et amaritudies oēs. Carmina anima cara, ſi potes. Inter alias virtutes ſumme neceſſarias, apoſtolus poſuit charitatē. Si linguis hoium loquar. Qui in mundo fuerunt oratores. M. Cic. M. Antonij. Julij Ceſaris. Titi Liuij. Platonis et Demoſthenis. Carneadis. Lyſie. Orphei. Si linguis hoium. Latina. Greca. hebraica. Et angeloꝝ: illo mō quo loquit vnus angelus alteri, illi notificando ↄceptū ſuū. Charitatē nō habeā factus ſum velut es ſonās aut cymbalū tinniens. Applica iſtud verbū Charitatē aūt non habeā de gratia q̄ aſſiſtente omnia opera hominis meritoria ſiunt vite eterne. et qua amiſſa per peccatum, nullum poteſt agere bonum. de qua quidē gratia hodie tria myſteria nobiliſſima contemplabimur.

¶ Primū. dr̄ oppoſitionis.
¶ Secūm. dr̄ declarationis.
¶ Tertium. dr̄ reſponſionis.

Circa primū. Queriſ dubium a theologis. ℏtrum homo ſola liberi arbitrij libertate: ſine adminiculo diuine grē gratum facientis. poſſit operari bonum et meritorium vite eterne: ex ſuis puris naturalibus. ¶ Circa hanc materiā. 4. fuerunt opiniones famoſe. vt patet. 24. q. 3. c. Quidam autem heretici.

¶ Prima fuit Manicheoꝝ: qui volebant ꝙ homo de neceſſitate peccaret. et aliter non poterat. Et ratio horum fuit. Quia ponebāt duo principia. Unum bonū. ſ. deū: a quo volebāt tm̄ inuiſibilia gubernari: et de eis ꝓuidere. Et de iſtis inferioribus. nō ſe impazare. Juxta illud Job. 21. Nubes latibulum eius: nec noſtra conſiderat: circa cardines celi ꝑambulat. Et Auero. 1. Methā. dicit. Intellectus diuinus vileſceret. ſi minima nature attēderet. Aliud principiū malū. ſ. diabolū a quo volebant oia viſibilia gubernari. De quo principio Jo. 14. Ueniet. n. princeps mūdi huius et in me nō habet quicꝗ̄. Et qꝛ volebant diabolū ſemp eē malum nec poſſe facere bona. iō et hoīem ſic videbat eſſe. tāꝗ̄ habens principiū a malo pricipio. Et ſic grati non habebat locū in ipſo homine. In qua opiniōe fuit Melyſus et Parmenides.

¶ Secunda opinio fuit Jouinianorum tenentium oppoſitum. Qui attendētes ꝙ natura intellectualis eſt bona tanꝗ̄ ab optimo deo facta dicebant ꝙ hō de neceſſitate opabatur bonū nec peccare poterat. neqꝫ agere malū. Ex eo.

q̄ eſt principium oium rerum. ⁊ ſummū bonum. Ita ⁊ filius eſt oſpiſus. Et ita gratia diuina non erat neceſſaria.

¶ Tertia opinio fuit Origeniſtarum. q̄ ſicut homo poterat cadere per ſe in peccatū: ita ⁊ per ſe poterat ab eo reſurgere ⁊ facere bonū meritorium vite eterne ſine auxilio diuine gratie. Ꝙd patz in multis paganis: qui virtutes ⁊ mira opera ex ſuis puris naturalibus. miro modo fecerūt. De quibus aliquos in medium proponamus ꝓ ꝯſolatione nr̄a.

¶ Primus fuit Codrus Athenienſis. De quo Vale. lib. 5. c. 4. Qui cum haberet graue bellum cum Dorienſibus: oraculo Apollinis cognouit Athenas eē victrices: ſi in prelio ipſe moreretur. Qui mox habitu mutato in medium hoſtium ſe iniecit. Quo facto a ſubuerſione patriam liberauit.

¶ Secūdus fuit. M. Emilius: De quo Vale. li. 5. c. x. Qui optauit vt aduerſa fortuna vim ſuā potius in domū ſuaʒ ꝯuerteret. vt ſic reſp. libaret. Ꝙd ⁊ fcm̄ ē.

¶ Tertius fuit. M. Curtius De quo Titus Liuius libro. 7. ab vrbe condita. accenſus amore patrie militaribus inſignibus ornatus: equū conſcendens: calcaribus premens ſe precipitem dedit in hiatū quendam: ⁊ tali modo patriam liberauit.

¶ Quartus fuit Seleucus Romanus. De quo Val. li. 6. Q u filium ſuum vno orbauit oculo: altero vero ſeipſum. pro adulterio cōmiſſo. vt ſic in partē iuſtitia ſeruaretur.

¶ Quintus fuit Brutus romanus. De quo Valer. lib. 5. c. 8. Qui audiens duos filios velle introducere dn̄ationem Tarquinij ſuperbi romano impio exoſā: ipſos manibus ꝓprijs decollauit.

¶ Sextus. M. Regulus. Qui potius voluit mori in carceribus Carthaginēſiū: q̄ fidē eis frāgere. quā ſub iuramentō ꝓmiſerat.

¶ Septimus fuit Socrates. De quo Vale. li. 7. Qui nollēs ſacrificare deo Athenienſiū qui erat hircus: veneno hauſto. Ꝙ conſtantia pagani: mortuus eſt.

¶ Octauus fuit Crathes thebanus. Qui volens ire ad philoſophandū: cōmutatis bonis in aurum: illḣ aurū piecit in mare.

¶ Nonus fuit Xenocrates Platonis diſcipulus. q̄ Athenis exiſtens cū dormiret cū q̄dam meretrice ab ea ꝓuocatus ad libidinē ⁊ nollet ꝯſentire: mulier iuuenibus ciuitatis dixit phm̄ illum non eſſe hoīem ſed ſaxū immobile. Clama hic. Ubi fuerunt pagani p̄ui diuina gratia. euangelium ⁊ ſcripturas ignorantes: tamen tot ⁊ tanta egregia opera ri ſunt. A la barba del chriſtiano. Qui audiens tot predicationes ⁊ admonitiones ſctōꝝ virorū: tamen non ceſſat quotidie mala agere. Igitur patet q̄ homo ſine gratia poteſt operari bonūʒ.

¶ Quarta opinio eſt catholicorum. ꝙ homo non pōt meritorium vite eterne ſine grā operari. Atteſtāte xpo Jo. 15. Sine me nihil poteſtis fa. Et dd. Auxiliū meū a d. Et alibi. Ab ipſo patientia mea. Et referens ei grās. Tu es patiētia mea. Et apłus. Non ſumus ſufficientes ⁊c. ¶ Ad veritatē ↄcluſionis veniam ad ſcdm.

Secundū myſteriū dicitur ⁊c. Ex dictis Tho. p. 2. q. 112. ar. 2. Et. 22. q. 129. ar. 6. Et magri. diſ. 28. 2. li. Et Bon. ibidem. ar. primo. Talis ↄcluſio ponit. Multa bona pōt homo facere ſola libertate arbitrij: ſed nō meritoria vite eterne: ſine largitate ⁊ dono gratie. Que ↄcluſio probat vera: quadruplici rōne. Auctoritate. Exēplo. Similitudine.

¶ Primo rōne: que dī annihilationis. Habet ph. in. 2. ⁊. 1. phy. Et primo celi. Unūquodqꝫ reſolvitur in ea: ex quibus cōponit. Hō pꝫ ad oculum. Aīalia de terra facta: ad terrā revertuntur: q eſt ſuū principiū. Eccl. 1. Cuncta ſubiacent vanitati. i. mutabilitati. ⁊ oīa pgunt ad vnū locuꝫ. De terra facta ſunt ⁊ in terraꝫ revertunt. Ad propoſitū. Homo ſm magiſtrū. 2. di. 21. Et ph. 2. d aīa: cōponitur ex duobus: corpore ⁊ aīa. Quantū ad corpus: de terra factus eſt. Geñ. 3. Formauit de⁹ hoīem de li. ter. Ideo ad terram bēt reuerti. Geñ. 3. In ſudore vultus tui veſ. pa. tuo: donec reuer. i ter. Et Petrarcha. 3. triūpho. O ceci el tanto affaticar chi giova: Tutti ritornati ala grā madre antiqua. i. terra. Nō te leuār in ſuperbia p̄. Thim. 6. Diuitibus huius ſeculi precipe. nō ſublime ſapere: neqꝫ ſperare in incerto diuitiaꝝ. q ſunt de terra. ſ. homines. Et epō Brixienſis dixit ciuib⁹ ſuis. Valete brixienſ. mei. Deo pete. celū expectate: ⁊ qꝫ ſit fragilis ⁊ caduca mortaliū vita: exēplo meo diſcite. Et Virgil. i Buco. O formoſe puer nimiuꝫ ne crede colori. Ad propoſitum. Cū ſit homo de terra quantū ad corpus: Ideo hꝫ reuerti ad terram. Scdo cōponitur ex anima. que nō eſt ex aliq̄ materia. Non de ſubſtātia dei vt voluit manichei ⁊ Euripides phs. Non de materia ignis. vt voluit Democritus. Nō de materia aeris: vt Diogenes. Nō de materia aque vt Thales mileſius. Sꝫ de nihilo creata eſt. Teſtante Aug. li. de quantitate aīe. Creat deus aīas ſingulorꝫ per ſe: de nihilo. Si de nihilo facta eſt: ideo ad ſuū principium hꝫ reuerti. ſ. pctm̄. qđ dr nihil. Jo. primo. Sine ipſo factū eſt nihil. i. peccatū. Scdm ſententiā theologoꝝ: peccatuꝫ dicit nihil. duplici rōne. Primo ratione eſſe. Quod ſic probo. Omne qđ eſt: a deo eſt. Jo. primo. Omnia p ipm ⁊c. Sed peccatū nō eſt a deo. Probatur. Qz omne qđ eſt a deo: de⁹ amat. Sap. xi. Nihil odiſti eoꝝ que feciſti. Sꝫ pec-

catum eſt deo exoſum. Sap. 14.
Sic odio ſunt deo impius ⁊ impie-
tas eius. Judith. 5. Deus pecca-
torum odit iniquitatem. Et ps. c. 25.
Iniquos odio habui. Igitur pec-
catum non eſt a deo: ⁊ ſic nihil eſt.
¶ Scḋo ratione effectus. Quia
facit hominem nihil eſſe. Non quidem
quantū ad eſſe naturale: ſꝫ quātū
ad eſſe ſpirituale. Quia p̱ peccatū
homo priuatur gr̄a ⁊ charitate:
⁊ omnibus virtutibus infuſis. Et p̱
pter hoc homo dr̄ ad nihil redi-
gi. quantū ad eſſe ſpirituale: quā-
do peccat mortaliter. De q̄ ani-
hilatione Job. x. Corripe me do-
mine non in furore tuo: ne forte
ad nihilū redigas me. Vn̄ dicit̄
nihil. Et Augu. de fide ad Pe.
pte. 1. c. 18. Peccatum nihil eſt:
niſi priuatio boni. Ille. Sicut te-
nebra eſt priuatio lucis: amaruꝫ
dulcedinis. Infirmitas ſanitatis.
Et quāto iſta priuatio erit priua-
tio maioris boni: tanto malū erit
maius. Priuatio manus eſt ma-
ius malū: q̄ꝫ priuatio vnius digi-
ti: Et truncatio capitis: q̄ꝫ vnius
pedis. Clama. Peccatū mortale
eſt priuatio diuine viſionis ⁊ pa-
radiſi. Maximū malum eſt pri-
uatio filiorum: ⁊ rerum tpaliuꝫ. Sꝫ
ſuper oia mala: eſt priuatio pro-
prie ſalutis. Quia vane homo eſ-
ſet creatus. baptizatus. criſmat⁹:
ſi poſtea dānetur. In figura hui⁹
dr̄. Mat. 26. de petro: cū repre-
henderet̄ ꝙ eſſet diſcipulus ieſu.
ab illo iudeo. Reſpōdit. O hō:
non ſum. Super quo Hilarius.

Profecto Petrus non erat. qꝛ
per peccatū qḋ dicit̄ nihil: eē ſpi-
rituale amiſerat dū eſſet ſeruus
peccati. Ille. Prattica. Quot an-
nis o mercator: fuiſti in fraudib⁹
rapinis. ingannamētis. tenēs bō-
alterius inuito dño? Quid feciſti?
Rn̄de. Nihil pater. Et tu cōcu-
binarie. Et tu vſurarie. Et tu aua-
re. qui ſinis pauperē mori fame:
q̄ꝫ dare fruſtrū panis. Et q̄ por-
tas odiū proximo: ⁊c. Quid feci-
ſti? Pr̄: ego nihil feci. Jō Luc.
5. c. dicit̄ de petro. Preceptor p̱
totā noctē laborantes: nihil cep.
Per noctē caliginis peccati. ni-
hil lucrati ſumus. ſed pdidimus.
Peccatū nihil ē. Vn̄ Bona. 2. di
ſtin. 34. ar. 2. Vbi querit an pctm̄
dicatur nihil: dicit ꝙ homo per
pctm̄ mutatur in beſtiā p̱ imitatio-
nem: ⁊ perdit nomē ſuū. Quod
pbatur. Auctoritate. Exemplo.
Prattica. Pria auctoritate ph̄i
j. Ethi. Multi quidē oio beſtiales
videntur eſſe: vitā pecudū eligē-
tes. De qua beſtialitate. p̄. Cori.
2. Animalis hō non pcipit ea que
ſunt ſpūs dei. Et Dd̄. Compara-
tus ē iumētis ⁊c. Scḋo exēplo:
de florentino de quo archiepūs in
Cronicis refert. ꝙ fuit quidam no-
bilis florētinus qui vitā ſuā duce-
bat voluptuoſam q̄ moriens dā-
natus ē. In ſero aūt dū vxor eius
camerā ingrederetur: porcū re-
perit. Hic aūt vir eius erat in for-
ma porci: ſed non agnoſcebat ip-
ſum: clamare cepit contra ancil-
las. d. permiſiſtis ingredi porcū

in cameram. Filij autem cū bacu
lis camerā aſcenderunt: vt ipm
de domo expellāt. Clamare ce-
pit. O filij nō faciatis qꝛ pr̄ vide
tur ſuꝫ: ⁊ dānatio. in forma por
ci appeoꝛ eo ꝙ vitā porcinā duxi.
Tertio ꝓbat pratica. Ueni ad
caput o cinis. Quō vocaris?
Joānes inqt. Quā vitā tenes?
O pr̄ in domo mea teneo men-
ſas paratas p li cōpagnoni. Per
li pouerꝫ ogni coſa ſerato. Bara-
tarias. ludos. ſcachos. e datos. ⁊
cartas. Tu nō vocaris Joānes
ſed porcus per imitationē. Et tu
o zentilomo. Quō vocaris? Ja-
cobus. Quā vitā tenes? O pat
ſum piger ad diuina ⁊ ad miſſas
⁊ ꝑdicatiōes audire nō poſſum.
Tu ſe ſpazato. Nō Jacobus: ſꝫ
aſinus vocaris. Jō o mulier ca-
pe baculū dicēdo. Ari ſu aſino:
ꝙ dicit predicator. Et tu quō vo
caris? Gotardus. Quā vitā ⁊c.
O pater nimis ſum auarus, ⁊
teneo familiā meam in maxima
miſeria. Non Gotardus ſed ca-
nis ortidani vocaris: qui nō co-
medit porros: nec vult ꝙ alij co
medant. Contra Luc. Quid mi
hi diuitie ſi nō concedit vti? Et
tu quomodo vocaris? Frācisc᷒.
Quā vitā tenes. O pater ſum
ſuperbus: Nō Franciſcus: ſed
leo cenſeris. Ille alius eſt gulo-
ſus: ⁊ ito appellādus eſt. Et tu o
mulier: como ai nome? Quā
hoc q̄ris pr̄? At iqt mittā ſoci
um meum ad domum tuaꝫ pro
flaſcone vini. Habiſne? Ita pa
ter. Uocor Caterina. Quā vitā
tenes? O pr̄ ſum vanagloriosa:
⁊ etiam do. vt videar ſancta. Nō
es Caterina: ſed vna gallina: cꝫ
fato louo canta. Jō dixit Hilari-
us. Homo nō erat: q̄ p peccatuꝫ
eſſe amiſerat. Peccatum ergo di
citur nihil. Unde patet conclu-
ſio noſtra ratione. ꝙ peccatuꝫ di
citur nihil. Ad quod per ſe me-
ſchina anima tendit: niſi iuuetur
auxilio diuine gratie. ¶ Scdō ꝓ
batur auctoritate ⁊c. Primo di-
uinali. Dō poſt cōmiſſa peccata.
dicebat ſaluū me fac deus. quo
niam int. aque vſque ad animaꝫ
me. Infixus ſum in limo ꝓfun-
di: ⁊ non eſt ſubſtantia. Ueni in
altitudinem maris: ⁊ tempeſtas
⁊ce. Secundo auctoritate do-
ctrinali. Auguſti. lib. de corre-
ctione ⁊ gratia. Sine gratia dei:
nullū prorſus: ſiue volendo: ſiue
agendo: faciunt homines bonū.
Et ad Boniſaciuꝫ pp̄. Non po-
teſt homo aliquid boni velle. ni-
ſi iuuetur ab eo: qui malum non
poteſt velle. In. 3. de Con. Boe
tius. At Platoni placuit: in re-
bus quoque minimis: diuinum
debet implorari auxiliuꝫ. ſ. gr̄e.
3° ſper cano. De pē. diſt. 2. c.
Romanꝰ. Et de cō. di. 2. c. Gra
c. Baptiſmi. Et di. 40. Quelibꝫ.
Et. 24. q. 1. Odi. 4. p in. ff. de
penis. l. Sigs forte. ⁊. ff. de acq.
reꝫ dñio. l. Clā poſſidere. Et. ff.
de leg. 1. ſi ſeruus. Cuꝫ gbus eſt
Petrarcha. 6. Trī diuinitatis:
Da poi cħ ſoto el ciel coſa nō vidi

Stabile e ferma tuto sbigotito.
A me mi volse e dissi i cui te fidi
Risposi: nel signor cb mai fallito
Nō ha putella: a chi si fida i lui.
¶ Tertio pbat. Exēplo Vinc. histo. in speculo morali. De quodā iuuene romano. q͂ cōtraxit cū quadam virgine. de nobilissimis romanis. Cū adducti essent amdo i cubile. Puella versa ad parietē. flere cepit amarissime di. O ȳme meschina: credebā seruare virginitatē quā deo promisi. Ex lachrymis iuuenē cōuertit. Isti per annos. 30. steterunt virgines in eodē lecto: nō via naturali. Et vt dicit Aug. de agone xp̄iano. Inter cetera xp̄ianorum certamina duriora sunt p̄lia castitatis: vbi continua pugna ꝛ rara victoria. Et Hierony. In carne preter carnem viuere angelicū est nō humanū. Et Ambro. Maior certa est victoria virginum q̄ victoria martyꝝ. s. diu iurultare. Sed dono gratuite virginitatis. hoc donum illis concessum fuit.
¶ Quarto pbat similitudine. De peregrino. q per desertū iens: ꝛ retrospiciens vidit vnicornē. q ipsū insequebat. Qui fugiēs cecidit in p̄fundum putei. ꝛ cadēs hesit cuidā ramo fici. q exibat ex muro putei. ꝛ stans sic aracatus: suspiciēs vidit se eē inter. 3. pericula maxima. Primū q drago magnus erat in p̄fundo putei. Qui si cecidisset: in momēto eēt deuoratus. Scōm erat supius. q vnicornis ibi eū obseruabat: vt occideret. Tertiū erat iuxta: q͂ videbat duos mures: vnū albū. alterū nigrū. qui cōtinue rodebant radicē arboris. Qua corrosa: cadebat in p̄fundū putei. Iste autē fatuus nō cōsiderans pericula: cepit edere mel quod apes fecerāt in ramo illo. Sic stans: miles quidam p siluā transiens vidit vnicornē. quē gladio occidit. Prospiciens vero in puteū. vidit illū fatuū stantē inter tāta pericula: Compatiens autē sue calamitati: porrexit illi funē ꝛ scalam pro auxilio: excitans eum quattuor vocibus. Clama. O poverello. O meschino. O pazarello. O men recapto. ascende: ascende: q͂ non morieris. Ille vero perpēdens sua pericula: auxilio militis liberatus est. Notate verba: ꝛ signate mysteria. Quis ē iste peregrinus? Est hō viator. De quo ps. Aduena ego sum ꝛ pe. Et geñ. 47. Jacob ait. Dies peregrinationis vite mee. 130. annoꝝ parui ꝛ mali. Graditur per desertum huius mundi: sꝫ ab vnicorne diabolo: varijs modis insequit. De quo. 16. q. 2. c. visis. Hꝫ ille hostis antiquus mille nocēdi modos Qui intantū p̄sequit hoīeꝫ: q ipsuꝫ conducit in puteum peccati. In quo puteo: habet. 3. pericula. Si respicit inferius: videt infernum paratum deuorare pro suis demeritis. Si respicit sursuꝫ: videt mundum qui diuersis blanditijs decipit. Si iuxta: videt mures album ꝛ nigrum. i. diē ꝛ no

eterni: qui ſunt tempus vite hominis: in quibus vita conſumitur. Sed peccator poſit⁹ in his periculis: non cogitans infernū: nō priuationem paradiſi: non futuram penā. Sed occupato in dulcedie melliſ. Cōcubine. Robe. vite. vſure. vanitatis. Alius in dulcedie amoris filiorum. Quibus totus occupat⁹: inīdat obliuioni omnia pericula ſua: corporis ⁊ anie. Et potius vult dampnari amore huius dulcedinis in eternum: ꝙ̄ ſaluari. O fatuitas hominum mortalium. O ſtulticia mundanorum: qui non conſiderant futura bona. Ideo Aug. Nulla maior ſtulticia: ꝙ̄ propter bonum momentaneum: perdere bonum eternum. Et Dante. io. Purg.

O ſupbi chriſtiani miſeri laſſi.
Che dela viſta ⁊ d̾la mēte ifermi.
Fidanza hauete ne ritroſi paſſi.
Non va acorgiete vui che nui ſiamo vermi?

Sꝫ miles xp̄s ſcalā ſue gratie: ſine q̄ nemo pōt ſaluari porrigit. ⁊ demonē cōculcat: dū nō pmittit hominē tētari ſupra id qđ pōt. Sꝫ ei porrigit auxiliū: ⁊ pctōrē excitat d̾ puteo pcti. quatuor vocibusqꝫ ſolet ali⁹ alium excitare. Pmo p certū ſignū. i. p inſpirationē. Apoca. 3. Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. Quis te cōducit. o aia: ad cognitionem tuorum criminum? Certe deus. Quis ad lachrymas ⁊ ſingult⁹? De⁹. Ego ſto ⁊c. Sed plures reſiſtunt huic voci. Prouer. p̄. Vocaui ⁊ renuiſtis. 2. p verbum viuū. i. p predicatores. De qbus Mat. 10. Nō eſtis vos: q loqmini ſed ⁊c. Quia dicit Amb. Veritas a quocūqꝫ dicatur: a ſpiritu ſcō eſt. Cū hac voce conuerſa ē magdalēa ⁊ plures alij. Sꝫ plures huic voci reſiſtunt. p̄. Th. 4°. Ad fabꝫ āt ꝯuer. Prattica. Contra illos portātes barbas ⁊ cauadentes.

Tertio vocat p ſcriptū clarū. i. duo teſtamēta. Quid clamāt ſcripture? Quid pphete. Moyſes. Dauid. Iere. Zach. Abacuch? Quid quatuor euāgeliſte Mat. Mar. Lu. Io. niſi fati bñ petōres. ⁊ laſſati li peccati? Quid demū xp̄s in cruce. manibus extēſis pedibus ꝯfixis. opprobrijs ſaturatus: niſi ſitio ſalutē? Tuā ſalutē. o Venē. Tuā ſalutē. o Cremōa. Diſcurre p citates. Quarto p verū nūciū. i. p flagella. Imple facies eoꝝ igno. ⁊c. Multiplicate ſūt ifirmitates ⁊c. Nōne vidiſti Italiā conqſſatam varijs flagellis bellorum. penuriaꝝ. infirmitatū. peſtilētiaꝝ? Sed nōdū finis. Clama hic. O tētori apare chiate le brune. Quia cito venient dies: In quibus filius fugiet patrem. Filia matrē. amicus amicum. vicinus vicinum. Ut verificetur illud Ezech. 33. Hec dicit dominus deus. Vos leuatis oculos veſtros ad imunditias: vnuſquiſqꝫ vxorē proximi ſui polluit. Sed viuo ego dicit dñs. Qz dabo terrā hāc i ſolitu

dinē:ɽ in desertū. Unde pꝫ ſcdꝫ.

Tertiū dr̄ ſc̄. Tho.ꝓ.
2.q.109.ar.2.Boñ.2.
di.28.Nō duplex bo
nū eſt.ſ. moralis ꝯdi-
tionis. Et ē cū quis. nō pp deū:
nec vt ꝑceptis eius obediat: ſed
tm̄ qꝛ ratio dictat: plura bona
opa facit. Subuenit miſero. Iu-
ſtitiā facit. fidē promiſſaꝫ ſeruat.
Ad talia bona pōt liberū arbitri-
um ſine gr̄a: cooperāte ſibi deo.
Ad hoc refert Petrus de pal.
patriarcha hieroſolymitanus in
4. ſen. Nā in ciuitate lugduni.
repertū eſt vnū caput a fodienti
bus fūdamentū quoddā vnius
palatij. Cuius capitis os. ɽ den-
tes ɽ labia erant recentia ɽ viua.
Et audierunt vocem ab eo di.
Ite ad ep̄m di. ꝙ hec eat: ad ſal-
uandū aiaꝫ meā. Cū aūt ep̄s illū
īterrogaret qd vellet: ɽ quis eēt.
Rn̄dit caput. Ego fui iudex le-
gū: ɽ vixi ſatis virtuoſe. put co
gnoui debere. Iuſtitiā feci: ɽ le-
gē nō extorſi. Abſqꝫ fide xp̄i di-
ſceſſi. In fine vite mee. dolui de
peccatis meis. Et qꝛ ad me nō p
uenit Lex illius dei p quā ſalua-
ri poſſeꝫ. ɽ in lege naturali vixi.
ob hoc miſericors deus aiaꝫ meā
reſeruauit in hoc caput. Ideo ꝓ-
cor vetis mihi ſacramentum ba
ptiſmi. quo ſuſcepto anima ad ce
lum volabit: ɽ caput redigetur i
cinerem. Ep̄s aūt illud caput ba
ptiſauit: ɽ illa anima ſtatim ad ce
lum volauit. Preterea ad idem
Alexand. 3. per. ſum. Ubi querit
vtrum ph̄i ſint dampnati. Dicit
ꝙ ſi vixerāt ſm̄ legem naturalē
ad quos non fuit facta notitia de
aduētu xp̄i: ſalui ſunt. Et Socra
tes inuitatus a quodam ſuo: age-
ret rem cum meretrice. Excla-
mauit. Erubeſce celum intrare
cenum. Ad propoſitum. Paga
ni ergo. ſine gratia gratum faci-
ente. potuerunt agere talia bona:
perluſtrati a lege naturali. Secū
dum bonū dicitur diuinalis or-
dinationis. Quod. ſ. ordinatur
in finem. Et in hoc non poteſt li
berum arbitrium. abſqꝫ auxilio
gratie: gr̄a. ſa. Et ꝙuis hō poſſit
operari bonum morale: ſicut gē
tiles ɽ ph̄i. de quibus ſupra prio
myſterio actū eſt: abſqꝫ gratia dī
non tamen bonū meritū potue-
runt: ſine munere gr̄e gra. ſa.

¶ Feria. iiij: in capite ieiunij. De
cōuerſione impij vel peccatoris.

Conuertimi-
ni ad me i toto corde
vr̄o. in ieiunio ɽ fletu
ɽ planctu: ɽ ſcindite corda vr̄a.
Ioel. 2. Poſtꝙ natura hūana ce
cidit in miſerandā ſeruitutē pec-
cati: ɽ ꝙ ſenſualitas eſt facta re-
bellis rationi propter infectam ɽ
corruptam culpam ɽ radicem
primorum noſtrorum parentuꝫ
R. eſt neceſſarium homini con-
ſtituto in preſenti vaſta ſolitudi-
ne ɽ valle miſerie: ſi affatica coſ
nelli exercitij corporei como ſpi-

rituali: in douere promerear il regno dī celi. Figura. Geñ.3. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram: de qua ſumptus es: q: puluis es & in puluerem reuer. Et eccleſia hodie ſuper caput .d. Memento q: cinis es ꝛc. Et Hiero. ad Theſiſontē. Tepidum diſcipulū non amat xp̄s. De qua penitentia. Mat.4. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Luč.3. Facite fructus dignos penitentie. Unde Thema. Conuertimini ad me. Primo in ieiunio. Orig. ſup Leui. c.15. Qd gula peccauit: ieiuniū corrigat. Gula clauſit nobis celi portas. ſꝫ ieiunium nobis apir illas. Eccleſia. Paradiſi portas: apiat nobis ieiunij tp̄s. Ad quod iducimur exēplo Moyſi. Exo. 14.q.40. diebus & noctibus ieiunauit vt mereretur accipe legeꝫ dei. Exemplo. Helie. de quo .3. Re.19.q.40. diebus pegrinatꝰ eſt cum ieiunijs vſqꝫ ad monteꝫ dei oreb. Exēplo Niniuitarum. Jon.3.q.40. diebus ieiunauerunt ad miſericordiam p̄merendam. Exēplo xp̄i. Mat.4. qui 40. diebus & noctibus ieiunauit in exēpliū omnium nr̄m. Jō dicit. In ieiunio. Et fletu. Mat.5. Bti q lugēt ꝛc. Jo.14. Triſtitia vr̄a vertet i gaudiū. Eze.18. In q̄cūqꝫ die conuerſus fuerit pcōr: oium iniqtatū eiꝰ nō recordabor. Et ſcidite corda vr̄a. ſ. p ↄtritionē. Job.13. Loquar in amaritudine aie mee. dicā deo: noli me ↄdemnar. Jſa.38. Recogitabo tibi oēs annos meos ꝛc. Ideo dominꝰ audiuo & ſcā eccla d pcōꝛis ↄuerſione. clamat i epla. Conuertimini ad me ꝛc. Cū qua epla eſt euāgeliū Mat.6. Theſaurizate vobis theſauros in celo. Qd fit p ↄuerſionē: q̄ mūdat aia a pctis. iux eūdē. Faciē tuā laua. i. ↄſcientiā. De q ↄuerſione & ipi iuſtificatione tria ſunt videnda.

¶ Primum dr̄ diffinitionis.

¶ Secūdum. dicit dilectionis.

¶ Tertium. dicit conditionis.

Primū dr̄ ꝛc. Tho. p. 2.q.113. In.4. diſt.17. Ricar. ſu.4. di.17. ar. 4.q.2. Cōuerſio ē motus libere volūtatis: a deo: ad ↄteſtationē peccati i ſalutē eternā. Ubi nota ſm phm.5. phyſicoꝝ. q in oi motu: ſunt duo termini. Terminus a quo: & Terminus ad quē. Terminus a quo. i. a loco. Et terminꝰ ad quē. i. ad locū Ad ppoſitū. Sic in motu ſpiritualiꝫ ē terminꝰ a quo. i. a ſtatu peccati mortalis. Et terminꝰ ad quē. i. ad ſtatū grē. Jō dr̄. Cōuerſio ē motꝰ. Liber volūtatis. Qꝛ quātūcūqꝫ in cōuerſiōe pcōꝛis ↄcurrat diuina grā: q̄ eſt p̄ncipiū huiꝰ iuſtificatiōis. Iuxta illd. Graꝫ & gloriā dabit dn̄s. Tn̄ requirit liberū arbitriū hois. Qꝛ vt dicit Aug. li. de libero arbitrio. c.2. Qui fecit te ſine te: nō iuſtificabit te ſine te. Jō dicit: libere volūtatis. ¶ Sequitur. A deo. Qꝛ con

uerſio iſta non pōt eē ſine gratia. Jo. 6. Nemo pōt vēire ad me: niſi pater meus traxerit eū. Jo. 15. Sine me .i. ſine gratia mea: nihil poteſtis fa. Oſe. 13. Perditio tua iſrael: tm̄modo in me auxiliū tuū. Sequitur. Ad deteſtationē peccati. Qz ɔtritio ē neceſſaria de peccatis. De q̄ Th. de malo. q. 7. ar. 11. ad tertiū. Nullꝰ habēs vſū liberi arbitrij pōt incoare nouā vitā que eſt p gratie infuſionē: niſi appetat ⁊ amet gratie bonū. Et iō opz ꝙ deteſtetur oē malū repugnās. Glo. ſup illud. Sacrificiū deo ⁊c. Spūs cōtribulatus ⁊ contritus: ē ſacrificiuz quo pctā ſoluunt. Sequitur. In ſalutē eternā. Ad hoc hō cōuertitur: vt paradiſū inueniat. Cōuerſio eſt motus ⁊c. Totā diffinitionē repetēa. In quibus verbis ſz ſententiā. Theologoꝝ: pono tres concluſiones declarandas.

¶ Prima. dicitur creationis.

¶ Secūda. dicit ſuſcitationis.

¶ Tertia. dicit ſubiugationis.

¶ Prima ⁊c. Opus creationis eſt magnum opus: ꝙ ſoli deo cōuenit ps. Terraz ⁊ mare tu crea. Q: creare eſt ex nihilo aliquid facere. Et de non eſſe producī ad eſſe. Quod nemo poteſt niſi ſolus deꝰ. Vñ phs. 8. ph. Ex nihilo. nihil fit. Quod opus creationis: fuit tante admirationis apō philoſophos: vt dicerent mundum eſſe eternuz. Excepto Platone: qui magno animo proteſtatus eſt factum eſſe a deo: iuxta illud Gen. pᵒ. In principio creauit deus celum ⁊ terram. Cōtrarium cenſuit Ariſto. in multis locis. In. 8. phyſico. Mundus eſt eternus. In. 12. metha. Motus celi eſt eternus. In p̄mo celi. Celum eſt ingenitum. Que opinio eſt falſa. A caſa. Maius eſt iuſtificatio peccatorum. Augu. ſuper illud Jo. 14. Maiora horum faciet. Maius eſt vt ex impio fiat iuſtus: ꝙ creare celum ⁊ terraz: Et hoc eſt: ſecundum Tho. p̄. 2. q. 112. ar. 9. duplici ratione: Primo ratione permanentie. Secūdo ratione repugnantie. Primo ⁊c. Quia iuſtificatio impij terminatur: ad bonum gratie. creatio autem celi ad bonum nature. Eſſe autem gratie: eſt nobilius ꝙ eſſe nature. Igitur opus creationis eſt maius. Ideo Augu. aū dixiſſet: Maius eſt vt ⁊c. Subiunxit. di. Celum ⁊ terra tranſibunt. ſcilicet quoad qualitates accidentales: predeſtinatorum autem ſalus: ⁊ iuſtificatio permanebit. Secundo ratione ⁊c. In creatione totius vniuerſi: nulla fuit repugnantia p̄o. Dixit ⁊ facta ſunt. Jō. Omnia quecunqz voluit fecit: in celo ⁊ in terra. Sed in iuſtificatiōe impij occurrit liberuz arbitriū: ſine quo nihil fit. Glo. ſuper illud Tren. 4. Cōuerte nos dñe ad te. dicit. Gra dei nō ɔuertit. ar. niſi ex noſtra voluntate conuertamur. In creatione mūdi: nulla fuit repugnātia. Nō eni ſol. nō lu

na. nõ ſtelle. In ſui creatione reſti terunt deo di. O dlo non mi ſar tal modo: Sed bene hõ cõtra di cit deo. Clamat deus concubina rio. Sine concubinã. Auaro: aua ritiã. Uſurario: vſuraȝ: tñ repu gnat diuine voci. Et per oñs: ma ius opus eſt: iuſtificatio impij ꝙ creatio mũdi. Ut Th. 4. di. 46. ar. Maius eſt iuſtificare impiuȝ: ꝙ creare celũ ⁊ terrã. Qꝛ in crea tione nõ eſt aliquid qđ repugnet creanti: cũ ſit ex nihilo. Sicut in iuſtificatiõe repugnat iuſtificanti inordinata volũtas. Ille. ¶ Scđa concluſio dꝛ ⁊c. Suſcitatio mor tui eſt opus mirabile: cuȝ ſit con tra naturã. Ut pbs i predicamẽ tis. A priuatione ad habitũ nõ eſt regreſſus. Et. l. Qui res. §. areã ff. de ſolutionibus. Nõ mortuus nunꝙ reſuſcit. Ut Paulus fu it deriſus qñ predicaret carnis re ſurrectionẽ. Act. 17. Et pluresſa cti ſunt heretici pp hunc articu luȝ. Sed maius opus eſt iuſtifica tio impij. ⁊ peccatoris. Greg. 3. dialo. Maius miraculũ eſt predi cationis verbo atqꝫ orõnis impi um conuertere ꝙ creare celum ⁊ terrã. Ubi theologi volũt ꝙ ma ius miraculũ fuit cõuerſio pauli Magdalene. Latronis. Mat. ⁊ alioꝝ peccatoꝝ: ꝙ ſuſcitatio La zari ⁊ alioꝝ mortuoꝝ. Nõ imeri to. Qꝛ in conuerſiõe peccatoris oportet ꝙ. 5. creature de nouo ſuſcitent: que ſunt mortue. Pria ẽ charitas: qꝛ nõ diligit deũ. Nõ it ad diuina. Nõ amat primuȝ: ſummo odit. Scđa ſpes: ſperat in ijs que ſũt mũdi. Tertia nõ eſt in eo fides. Si crederet nõ pec caret. Quarto nõ eſt in eo obe dientia: qꝛ nõ ſeruat diuina man data faciendo peccatũ. Quin to eſt in eo timor dei: qui eſt prin cipiũ ſapientie. ps. Initiũ ſapien tie timor dñi. ¶ Tertia cõcluſio ⁊c. Maius eſt hoieȝ conuertere: ꝙ totius mũdi ſubiugatio. Et rõ eſt. Qꝛ multi ſubiugarũt mundũ ſuo impio. qui tñ a vitijs ſubiu gati ſunt. Ut Petrus Rauen. ſermone. 41. Bella gentiũ legimus ſuperaſſe ꝙplurimos: quos tamẽ legimus pugnas carnis nõ vi ciſſe. Et audiuim⁹ dediſſe eos delitijs pectora: qui dorſa hoſtib⁹ nõ dederũt. Heu prob dolor: vi ctores gentiũ: vitioꝝ captiuos. nationũ dños: turpibus inſeruiſ ſe criminibus. Regnis fuiſſe ter rori: ludibrio fuiſſe peccatis. Il le. ¶ Exẽplio pꝫ: Primo de ale xandro magno qui totũ orientẽ vicit: circa. 5. milia ciuitates. Ui cit dariũ regẽ armenie: tñ ſeipſuȝ nõ vicit: cũ deditus eſſet vi tio ſo domie. Preterea. Q. Cecilius: qui philippũ regẽ de Macedo nia vinctũ eduxit: ſe nõ vicit. Preterea pompeius magnus: qui duos reges ſupauit: ſe autem nõ: cũ eſſet luxurioſus. Preterea Iaſon: qui fuit tanti roboris. vt nullũ hoies armatũ timeret: tamẽ ſe nõ vicit qꝛ philocapt⁹ de femi na medea: rapuit eã a patria ſua. Preterea de. M. Antonio: qui

fuit magni ingenij: tam in alexan
dria veſtibus famuloꝝ indutus
noctu ibat per ciuitatē ⁊ domos
vt ponit Tranquillus. Et Cleo
patra eius femina ſequebatur eū
pro qua ab Octauiano ſuo emu
lo occiſus ē. Preterea paris qui
rapuit Helenā d̄ grecia. pro qua
facta ſunt tam longa ⁊ exicialia bel
la inter Troianos ⁊ grecos. Pre
terea Hercules fortiſſimus gre
coꝝ: qui in principio orientis ⁊ fi
ne occidentis: fixit columnas in ſi
gnū victorie: vt infra limites q̄ſi
mundus eſſet ſibi ſubiect⁹. Qui
dū eſſet paruulus. ij. leones occi
dit. Fecit comedi regē thracie di
ctū diomedem a iumentis ſuis.
Tñ nō ſe vicit: q2 amore deianire
fecit officia mulieris: vt depoſi
tis proprijs veſtibus indueret ſe
mulieres: ⁊ filare viſus eſt cū ea.
De quo Lac. in. p. c. 9. Hercu
les qui ob virtutē clariſſimus q̄
ſi affricanus inter deos habetur.
Nōne orbē terre quē peragraſſe
ac purgaſſe narrat. ſtupris. libi
dinibus. adulterijs. inquinauit?
Sed ne illa quidē que magna ⁊
mirabilia geſſit. talia iudicāda ſūt
vt virtutibus diuinis tribuenda
videantur. At animum vincere.
iracundiā cohibere. fortiſſimi eſt
que ille nec fecit vnq̄ nec potu
it. Ille exēplū ponit. Eutropius
Nō rome diſputatū eſt. Quid vi
lius eſſe iter hoies? Rñdit Leu
cippus. q2 auaricia. Quia auari ne
dū oculū ad oia. Quot oua: quot
ſal: quot oleū: quot acetum eſt in
barilla. Alt⁹ democritus: q2 erat
luxuria: eo q2 p modico dilecto
fatuus fiebat. Terti⁹ Eliobolus
q2 hō erat: qui caput romis: a ſer
uēte ⁊ ſclaua ſenſualitate finiebat
ſuperari ratione que dominari d̄
bebat. Et per pñe: nihil forti⁹ in
mundo hoie: qui paſſiones ſuas
nutrebat roni. Vn̄ pho. Nulla p̄
ſtātior victoria: q̄ ſibi imperauiſ
ſe. Accipe hāc cōcluſionē o chri
ſtiane. Si ſubiugas tuas inclina
tiones. Irā. auariciā. inuidiam ⁊
huiuſmodi: plus facis q̄ Karo
lus i frāza. Alexā. i oriēte. Vn̄
Sen. Nulla maior victoria q̄ vi
tia domuiſſe. Idē. Magnū im
periū regi q ſibi dominat. Idē.
Multos. ii. rexeris. ſi rō te rexe
rit. Idē. Si vis oia tibi ſubijcere
ſubijce te roni. Vn̄ patet primū.

Secundū dicit cc. Du
bium queritur. Qui ſūt
in plus dilecti a dō. An
iuſti inocentes. An pec
catores conuerſi? Duplex opio.
Prima innocentium. Scd̄a peni
tentium. Pro innocētia. Io. ba
ptiſta aduocatus in cōſiſtorio tri
nitatis. arguit triplici medio q2
inocentes plus diligūt. Primū
eſt: Illud quod eſt pulchrū ⁊ bo
nū: a deo plus diligit Dionyſi
us. 4. de di. no. Pulchrum ⁊ bo
nū: omnia deſiderant. Innocen
tia eſt pulchrior q̄ penitētia. Igi
tur. Scdm eſt. In. 8. ethico.
Similitudo eſt cauſa amoris. In
nocentia eſt magis ſimilis deo
q̄ penitētia. Cū deus ſit ſumma

puritas. Igitur plus diligit pu-
ros. Prouerbi.12: Qui diligit
cordis mundiciā diligit a dño.
Tertiū eſt tale. Amor ē reciproc⁹
xpaer.8. Ego diligētes me: dili-
go. Seſi. Si vis amari. ama. In
nocētes plus te amāt ꝙ peccato-
res. Igit plus diliguntur a te: o
deus benigne. Pro penitēti ar-
guit Petrus.d. O deus nunꝙ
fui ad ſcolas ſicut Io: bap. tñ au-
di me: ſecūdo el natural: mio.
Quare incarnat⁹ es? Et mortu
us? Uere p peccātoribus: nō pro iu
ſtis. Aug. Nulla cā fuit: veniēdi
xpo dño: niſi peccātores ſaluos face
re. Tolle morbos: tolle vulnera:
ꝛ nulla erit cā medicine. Bern.i
ſequētijs. Nec abhorres peccātores
ſine quibus nunꝙ fores: tāto di-
gna filio. Rñdet Tho.p.par.q.
20.ar.10. In.p.1.q.p.ar.7. Ri
car.in.4. Illi ſunt magis dilecti:
qui plus hñt de gra dei. Unde ſi
plus innocēs hēat de gra ꝙ pe-
nitēs erit magis dilectus a deo. ꝛ
ecōuerſo. Tñ ceteris parib⁹. Si
innocētia cōparet pnie. Innocē-
tia ē dignior ꝙ pnia: ꝛ pār plus
dilecta. Qꝛ innocētia hz pmiū ac
cidētale: vz: aureolā: q ē quoddā
gaudiū accidētale: qd ñ hñt peni
tētes. Hoc bonū hz Lucia vgo
qd ñ hz Magdalēa. Et inocētes
ꝙ penitētes. Sz tñ accidere pōt
ꝙ penitentes feruentius ꝛ cali-
dius reſurgant a peccato. ꝛ cum
maiori charitate operantur: ꝙ in
nocētes. Iſto mō penitētes erāt
a deo magis dilecti: ꝙ inocētes.

¶ Que concluſio probat. Rōne
Auctē. Exēplo. Primo rōne. ꝙ
fundant ſuper ph̄m.8.phy. Qꝛ
qñ ſunt alique cāe poſite: ꝙ vna d
pendet ab alia. Una poſita: poni
tur ꝛ reliqua. Exēpli gra. De ar
bore in qua ſunt folia. ꝛ fructus.
Poſita radice ponunt oia iſta.
Ad ppoſitū. Radix oiuz bono-
ruz eſt charitas. Gre. Nec hz ali
qd viriditatis ramus boni opis:
niſi manſerit i radicē charitatis.
Iō ipſa poſita ponunt oia bona.
Formetur ergo ſic rō. Ubi ma-
ior charitas: ibi maior gra. Ubi
gratia: ibi meritū: Ubi meritū:
ibi maius premiū. De pio ad vl
timū. Ubi maior eſt charitas: ibi
eſt maius pmiū. Et qꝛ penitētes
cōmuniter ſurgunt cū ignita cha
ritate. ꝛ in via incedunt feruētius
ꝙ innocētes. Igit erūt magis di
lecti. Ufi apls Ro.5. Ubi abun
dauit delictuz ſuperabundauit ꝛ
gratia. Exēplifica de Paulo: qui
factus eſt vas electionis. De pe-
tro: qui vicarius xpi. De publi-
cano: qui euangeliſta. De latrōe:
qui paradiſuz. De dauid: eximio
pphetaꝝ. De augu. qui lumen
eccleſie. De Frāciſco: qui lumen
humilitatis. De Alber. qui mo-
narcha pliorū. De Magdalēa
que apoſtoloꝝ apla. Iō vbi abū-
dauit delictū. replica. Et Augu.
in manuali. Peccaui peccatum
grande: ꝛ multorum ſum mihi
cōſcius peccatorum: nec ſic deſpe
ro: quoniam vbi abundauerunt
delicta: ſuperabundauit ꝛ gratia.

Et Grego. in homel. de. c. omni-
bus. Maius de peccatore cõuer
ſo: q̃ de fratre iuſto gaudium ſit
in celo. Et Criſo. Talis crede mi
hi: talis eſt erga homines dei pie
tas: vt nunq̃ ſpernat penitentiã
ſi ei ſincere offeratur: Et ſi ad ſũ-
mũ gs perueniat malorũ. ⁊ inde
ſi reuerti velit. ſuſcipit deus illũ
libenter ⁊ amplectitur. Et pz ex
tra d ſum. trini. ⁊ fi. catho. c. Fir
miter. De hereticis. c. Sup eo.
Et Mat. 21. Amẽ dico vobis: qꝛ
publicani ⁊ peccatores pcedẽt vos
i regno ⁊c. Et Luc. 15. Dico vo
bis q ita gaudiũ erit in celo ſup
vno peccatore pniaʒ agẽte: q̃ ſu
pra nonaginta noueʒ iuſtis q non
ind. pe. Et Aſculanus.
Piu gr̃ia e nel regno delli electi.
Dũ ſpirito ꝯuerſo e piu ſe ſtima
Che d nonãtanoue delli electi.
Ad hoc fac̃ exẽplũ eccleſie: que
ad cõſolationẽ peccatorũ tres fre-
quẽter legit. Euangeliũ Matt.
epl'as Pauli. ꝓo. Dauid. Et rõ
huius eſt: vt nullus peccator de-
ſperet de miſericordia: q̃tũche
magnus peccator. Omne. n. pec
catũ cõmittitur aut ex infirmita-
te: vt Mat. lucrũ. Aut ex ignorã
tia: vt Paulus. Aut ex malitia:
vt Dauid. vt oſtendat q nemo
deſperare dꝫ de dei miſericordia
pp peccata ſupradicta. Jõ hoꝝ di
cta ſepe recitant. ¶ Que cõclu-
ſio pbatur figura filij prodigi.
Luc. 15. Qui a patre recedens:
ſubſtantiam ſuam diſſipauit vi-
uendo luxurioſe. Secundum Al
ber. Hoc peccatum diſſipat qua-
tuor bona. Primo ſubſtantiã tẽ
poralẽ. Prouer. 29. Qui nutrit
ſcortũ perdet ſubſtantiaʒ. Practĩ
ca. Hodie li manegi roſi. Cras
par cibroꝝ. Alia die Cantora. ſu
ſtagni. camiſi. Et filij ⁊ vxor mo-
riunt. Exẽpluʒ illius vxoris que
ſcarpã viri ferabat in pede. altam
mulieris ex inopia Cõcubina ve
ro mariti triumphabat. 4. ſunt in
ſaciabilia. Terra ſicca. ignis. voc
ca iferni. mala mulier. Et. 4. ſũt
que hominẽ expellũt de domo:
Jgnis. aqua. fumus. mala mul-
ier. Vñ quidã preſbyter. florẽtie
in. ẽ. Liberata. dũ cãtaret letani
as: A fulgure ⁊ tẽpeſta. Ab om-
ni malo: interpoſuit alta voce. A
mala muliere libera nos domine.
¶ Scdo diſſipat vitam corpora-
lem: quia ipſium corpus cito de-
ducit ad conſumptionem. Sen.
Plures occidit voluptas: q̃ gla
dius. O pater: filius noſter mor
tuus eſt iuuenis. Gran merce ala
femina. ¶ Tertio gloriam mun-
dialẽ. ſalomõ adornꝰ ſcia: q diſpu
tauit. 5. milia pabolas. 3. milia. p-
uer. ⁊ i toto mũdo honorarꝰ. Tñ
dicitur de eo. Eccleſiaſtici. 47.
Inclinaſti femora tua mulieri-
bus: dediſti maculam in gloria
tua. Secundum leges antiquas
Nemo debet promoueri ad of-
ficiũ ciuitatis: q ſit cõcubinarius
publicus. Clama hic ptra officia
les. ¶ 4ᵒ gr̃aʒ ſpũalẽ. Gen. 6. hõ
regeſcet ſpũs meus. i. gr̃a mea i
hoie qꝛ caro ẽ. i. carnalis. Ad

propoſitum. Reuerſus eſt ad patrem: veniẽ petens: Pater inqͣt peccaui. Cum .4. ſignis amoris ab eo ſuſceptus eſt. Primum qꝛ pater ipſum videns: miſericordia motus eſt. Secundũ. qꝛ brachia ad collũ poſuit. Tertiũ. qꝛ oſculatus eſt. Quartũ magnũ feſtũ fecit fieri. Moraliter. Pater fa. eſt deus: qui duos filios. i. populos h̃z. ſ. innocentẽ & peccatorẽ. Peccator autẽ per peccatũ a deo recedit: & it ad longinquas ptes: iuxta illud. Longe a peccatoribꝰ ſalus. Diſſipat bona gratuita. naturalia. ſpũalia. In ſe aũt reuerſus per ↄtritionẽ: ad deum currit. A quo ſuſcipitur cũ ſignis diuine bonitatis. ¶ Primum. qꝛ miſericordia motus: ipſum peccatorẽ recipit. Que miſericordia ẽ ſibi propria: cũ qua ſupportat ſceleragines perſona. Qꝛ peccator ſtatim meretur puniri & publicari. & deeſſe ad non eſſe reduci: tñ ipſum ſupportat. Ber. ſup can. 8. Quam benigna eſt miſericordia tua. Ego peccabã & tu diſſimulabas: nõ continebã me a ſceleribꝰ: & tu abſtinebas a verberibꝰ. Secundũ ſignum: qꝛ ipſum ſuſcipit cũ brachijs apertis. Cũ ſiniſtro ſue gr̃e. & dextro glie. Tertiũ qꝛ ipſũ oſculatur. Ber. Oſculum pacis a patre accipit: dum per gr̃am certificatur de indulgentia. & vnde furcas merebatur inferni: miſericordiã dei benigne conſequitur. Prattica. in verbo furcas. Meretur peccator qñ it dormitũ. ꝙ ſolarium domus ſuper ipſum cadat. & ipſum cum tota familia deſtruat. Contra illos qui volunt videre miracula. Hoc ẽ maximum ꝙ te ſupportat. Quartum quia magnũ feſtũ fecit fieri. Pͦ letat pater: qꝛ videt filiũ adoptiuum quem perdiderat ad ſe reuerti. Scđo filius: qꝛ videt effectum ſue paſſionis. 3. ſpũs. s. qꝛ recuperat templũ ſuũ ꝙ amiſerat.

4. Angeli qꝛ ſedes vacuas vident reparari. Gaudium eſt Angelis ſupra. Non dicitur gaudere de tam glorioſa viſione dei. Nec de ſua tam iocunda iubilatione. Nec de ſua tam dulci epulatione. Sꝫ de nr̃a conuerſione.

5. ſancti. Iſa. 55. Mõtes & colles cantabunt coram vobis laudem. i. Trinitas & angeli. Et oĩa ligna ſiluarum. i. collegiũ ſanctorum. plaudent manu. Uerte te ad crucifixũ & pete dubitãs: O bone ieſu: qr̃ ſic peccatorem diligis: ꝙ̃ iuſtum: Rñdeo qꝛ rõne maioris laboris. Habet pħs 8. ethi. Quod mater plus diligit filiũ: ꝙ̃ pr̃: qꝛ circa illũ plus laborauit. Pro peccatoribꝰ incarnatus eſt. mortuus. crucifixus: quod non eſt pro iuſtis. Ita vt habent theologi. maxime Tho. 3. par. q. 1. ar. 2. Quod ſi nõ eſſet peccatũ: xp̃s nõ eſſet incarnatus. Quamuis Alexander & Bonã. oppoſitum dicant. Quod ad nos veniſſet non vt redemptor: ſed vt glorificator: qua opinio nõ tenet ab eccleſia. Ideoqꝫ apoſtolus.

Eph.6. Empti eſtis p̃cio magno Sed quo? Forte argenti: aut auro? Clama. Nõ ſ; ſanguis xp̃i. Uñ Bõ. in ſpiritu p̃uidens hãc pietatem: clamat ait deuote. Reſpice in facie; xp̃i tui. Prattica. cũ lachrymis dicendo. Reſpice. videras naſcere lux piangendo. Uidebis illũ copertũ paucis pannis in p̃ſepio. Uidebis illũ fugere in noctẽ p ſilvas & boſcos. ab herode q̃ſitũ vt occideretur. Uidebis illum in cap. 40. dierũ a natiuitate: come poneres: offerri in tẽplo. Uidebis ieiunare. 40. diebus & a demone temptari. Uidebis a Joanne baptizari. Uidebis per totã iudea; & ſamariã p̃dicantem. Uidebis ſuper fonte; laſſũ: aquam petere. Uidebis deriſum a phariſeis. A diſcipulo traditũ. ab alijs derelictum. Ad colũna; verberatum. In cruce clamantem Pater ignoſce ill. Quib'? Judeis, ſarracenis, vſurarijs: concubinarijs, ſacrilegis: & omnibus in peccato exiſtẽtibus. O bonita diuina. O amor inexcogitabilis. Qui intimo corde amas ipſu; peccatore;: qui tibi mittes facit tibi: ſichas in oculis. Interpone exemplum. ff. Conſtantij. Qui prio iem aſculanum arguit qui nolebat quẽdam fugitiuum recipere: niſi cum maxima penitentia. Cui dixit Adhuc tot labores non ſuſtinuiſti pro huius anima: ſicut Chriſtus ieſus. qui pro illa mortuus eſt. ¶ Quarto probatur. Exemplo ↄ' noſtra. De Tayde meretrice pulcherrima & formoſa. que poſtq̃ aias multorum illaquearat & dediſſet occaſionem multis interficiendi ſemet. Accedẽte ad eam abbe Paphnutio ſanctiſſimo viro contritionem & ↄpũctionem ſuo; ſcelerum habuit. Aduſtiſq; omnibus vanitatibus in platea publica vt diret: exemplum ijs cum quibus peccarat. In cellula quadam ſe recluſit. In qua per feneſtram: paulũ aque & pãis q̃bus ſuſtẽtaretur die q̃li; capiebat. Cũ ergo. 3. annis ſtetiſſet incluſa iuit Paphnucius ad abbatẽ Antonium cui multa reuelabant a deo vt ab eo inquireret ſi ei deus ſua peccata remiſiſſet. Narratã eã. ſ. Antonius: conuocatis diſcipulis precepit orarẽt illa nocte: ſtatiq; abbas Paulus maior diſcipul' Antonij vidit in celum lectũ ornatum ſpecioſis ac precioſis veſtibus quem tres virgines facie facie clara cuſtodiebant. Cumq; Paulus diceret illam gloriam eſſe Antonij audiuit vocem dicẽtem ſibi. Non eſt Antonij: ſed Thaydis meretricis. Quod cũ mane audiſſet Paphnucius: cũ gaudio diſceſſit. Et cum illã duxiſſet de cella: ſuperuixit. 15. diebus p' quos meretrix quieuit in domino. Prattica ſuper verbo Antonij. Uide q̃ meretrix preceſſit hominem iuſtum. caſtum. auſterum. Concludens in hoc: q̃ peccator conuerſus: eſt magis dilectus deo: q̃ innocens.

Tertium ꝛc. Tres dꝫ habere ꝯditiones. ꝙ ſit deo grata. Prima vt ſit integra. Vñ dicitur in toto corde. Qꝛ Matth.6. Nemo pōt duobus dñis ſeruire. Sicut ꝛ nullꝰ nō pōt habere duas militias. vt.dꝛ.§. Qui militari nō poſſunt. Inſti. de mili. teſtā.l.c.ſ. ab vna parte deo ſeruiat: ꝛ ab alia cōcubina teneat. 2. Conᵒ vt ſit ꝑpetua. Ma.x. Non oīs qui incipit ſed qui ꝑſe vſque in finē: hic ſaluus erit. Et Ber. Sola per ſeuerantia coronaꝛ. Et Hie. ad Furiā. Nō q̄runꝛ a chriſtianis initia: ſed fines. 3. Conᵒ vt ſit feſtina. Qꝛ Ecc.4. Nō tardes conuerti ad dñm. Qꝛ dꝛ de pe.di.3. Dubia eſt pnia ad vltimam neceſſitatem delata.

¶ Feria.5. in capite ieiunij. De tarditate bene operandi. Uel de triplici bello in morte.

Cum introiſſꝫ Ieſus capharnaum. Mat.8. Audiens centurio xp̄i aduentum. Ad eum acceſſit.v. Puer meus iacet i doᵒ pa. ꝛ ma. Scd̄m ſniam Criſoſt. Quando ꝑdictum fuit factum a Ceſare Auguſto: vt totus mundus deſcriberetur: vt dꝛ Luc.2. Iudea tunc romanis tributaria facta eſt. Unde romani ponebāt tribunos ꝛ centuriones per totā iudeam. Centurio iſte a romanis fuit ibi poſitus ſcilicet capharnaū qui habebat ſub ſe.c.milites. Hic quēdam ſeruū ſibi gratum habebat q erat paraliticus. Paraliſis ſm̄ medicos: eſt infirmitas que detinet mēbra diſſoluta. ne homo poſſit ſe moueꝛ niſi moueatur. Unde ad Ieſum acceſſit petens vt ipſum ſanaret. Dn̄e inquit puer ꝛc. Cui dn̄s. Ego veniam ꝛ curabo eum. Quod verbuꝫ fuit mire humilitatis. Glo. Magna humilitas dn̄i: ꝙ ſeruū dignatus eſt viſitare. Moraliter ſeruus h. eſt peccator mortali. De quo Io.8. Qui facit peccatuꝫ ſeruus eſt peccati. De pe.di. i.c. Conuertimini. Solo.n.pcō. ſerui ꝛ filij diaboli ſumus. Male torquetur. Et hoc ꝑꝑ conſcientiam remordentē. Iſa.66. Uermis eorum non morietur in eternum. Seqtur. Dn̄e non ſum dignus vt intres ſub tectū meū: ſed tm̄ dic verbo ꝛ ſanabiꝛ puer me. Rationem reddit.v. Nā ꝛ ego homo ſum ſub ptāte ꝯſtitutus habens ſub me: vſq; fac hoc ꝛ facit. De.3. commendatur iſte Ceᵒ. Primo de humilitate In verbo: Non ſum dignus. Aug. dicendo ſe indignum: fecit ſe dignū. 2ᵒ de fide. Tantū dic verbo. Intellexit verum eſſe illud. Ecc.7. Sermo illius ptāte plenus eſt. Et ꝑs. Dixit ꝛ facta ſūt. 3ᵒ. de ſapia. Nam ꝛ ego ſū ſub ꝑ. Q.d. Ego q ſum purus hō ꝑcipio militibus meis. obediunt mihi: q̄to plus tu infirmitati. ſolo verbo qui deus ꝛ hō es ꝛ ſanabitur? Audiens ihs miratus ē

⁊ſe.ſe.d. Amen dico vobis: nõ inne.tã.fi.in iſ. Quod verbũ.3. exponitur. Primo de tpe pñti intelligitur: q: in patriarcis ⁊ ꝓphetis maiorẽ inuenit fidem. Et ſp excludas Mari.i. Secundo mõ Tantã fidẽ.i.tam facilẽ. Qz epi multa ſigna videre. Iſte vero nullũ. Tertio Tantã fidẽ.i: tante fidei ꝓfeſſionẽ. Nullus tã aperte ꝓfeſſus fuerat diuin.i maieſtatẽ.qui ſub velamine carnis agnouit excellentiã diuinitatis. Sequit. Dico vobis multi ab oriente ⁊c. Applica etiã. De tarditate bene opetandi. Tria ſunt videnda.

¶ Primum. dicitur opinionis.
¶ Scõm. dicitur declarationis.
¶ Tertiuz. dr confirmationis.

Ad primũ. Quare dubium. Utrꝫ aliquis pmanens toto tpe vite ſue in peccatis vſqꝫ ad mortez: Infirmatur ⁊ clamat ad dñm. Miſericordia Mox migrat ex hac luce. An iſte ſic decedens: ſaluet: an dãnetur: Circa hanc materiã: due ſunt opiniones: Una dicit ꝙ ſic. Alia ꝙ nõ. Prima ꝓbat intentũ ſuum. triplici medio. Rõne. Auctoritate. Exẽplo. Primo ⁊c. ſic. Ad penitentiã ⁊ peccatoris ꝯuerſionẽ: duo requirũtur. Primũ eſt dolor de preterito. Scdm eſt bonũ ꝓpoſitũ nõ peccãdi in futurꝫ: vt pꝫ de pe.di.3.c. Pnia eſt mala pterita plãgere: ⁊ plãgẽda iterũ nõ cõmittere. Et Aug.i Regula. Doleat de pterito: caueat ⁊c. Cũ quo ẽ Tho. ⁊ Ric.4.di. 20.ar.ꝓ. Sꝫ hec pñt eſſe in illo q ſero peniteẗ. ergo tal' ſaluaẗ in vltimo vite ſue. Scdo ꝓbatur. Auctẽ. Et ſcribiẗ. 26.q.6.c. ſi pſbyter pniaꝫ abnegauerit morientib⁹: reus erat aiaꝝ. Qz dñs dicit. Quacũqꝫ die ꝯuerſ⁹ fuerit pcõr ad pniaꝫ: vita viuet ⁊ ñ morieẗ. Uera eñi ꝯfeſſio i.vltio tpe cẽ pt. Et Hie. ad Euſtochiũ. Nũqꝫ eſt ſera pnia in pcõre. De hac acceptatione pccõris loqẗ Chriſoſtomus. de pe.di.3.in.c. Tal'. Et iuriſta. C. de nuptijs.l. iperial'. Et Petrarcha in.6. Tri. di.

Ma cardi nõ ſo may gře diuini.
In qlle ſpero che in me ancbor ſarano.
Alte operatione ⁊ pelegrine.

¶ Tertio ꝓbaẗ Exẽplo.ſ. latronis q ſero ꝯuerſ⁹ ẽ. De quo.26. q.6.c.ñ pſbr. Latro viu⁹ moriẽti pnia: meruit eẽ in pradiſo: i hora vltie ꝯfeſſiõis. Preterea. Ad idẽ facit ſūma ꝯfeſ.li.1. Ti.33.q: 121. Ubi põit.3.ſigna: qb⁹ cognoſcitẗ qs ſalu⁹. Primũ ſi peniteñs in extremo manus ad celũ leuat. Scdꝫ ſi pcutit pec⁹. ſiue inuocãdo nomẽ dei ⁊ ſcõꝝ. Terciũ ſi ſacerdotez petit. Sed hec oia poſſunt eſſe in peccatore: q tarde cõuertitur. Ergo ⁊c: pꝫ prima opinio. Secunda opinio dicit ꝙ omnino non ſaluatur. Si vero ſic: tũ cum maxima difficultate. Qd probat.3.medio. Primo rõne ſic. Ad hoc vt hõ vere peniteat

requiritur vt realiter ⁊ volunta rie peccata ſinat. Qꝛ vt hꝫ Alb. in ↄp° Theo. Et Bon. 2. di. 29. ar. 2. q. 3. Tāto pnia ē deo carioꝛ q̄to plus hꝫ de voluntario. Sed ille qui tarde puertit: inuite peni tet: qꝛ nō voluntarie peccata ſinit: ſed a petīs ſinit. Luxorioſus nō ſinit luxuriā: ſed luxuria ipſum. Sic auarus. Sic ſuperbus. Sic vanaglorioſus. Et p ↄn̄s nō ſaluatur. Jō Augu. de pe. diſ. 7. c. Si vis agere pniam. qn̄ peccare nō potes. pc̄a te dimiſerūt: nō tu illa. Et per ↄn̄s ē dubia. vt pbatur de pe. di. 3. Dubia ē pnia. ad vltimā neceſſitatē delata. Et Aug. multos ſolet decipe ſerotina pnia. Jō Ecc. 9. Ne tardes puerti ad dn̄m. Et quidē vulgaris peruſinus.

Oꝛ may ſe vecbio cuꝫ la barba canuta.
E pnſa nō ſay. o aīa perdita.
Nō te ↄdur may. al pōio extrēo
Che molti ha inganato. el ben faremo.

¶ 2°. pbatur exēplo de illo peruſino ↄcubinario: Qui ſepe a quodā magſo in theo. fuit premonitus ↄcubinam ſineret quam a teneris annis tenuerat: tandē cōfectus ſēio migrauit ex hac luce. Apparuit āt pr̄i ſpūali cuidā. di. ſe dānatū: qꝛ diſtulit facere pniam: ad extremā horā. Vn̄ pꝫ ſba opio

Secundū principale dr̄ ⁊c. Schola theo. precipue Tho. 4. diſt. 10. Et Scotus eadē. di. Bon. 4. di. 14. q. 1. Et Aug. li. de baptiſmo puuloꝝ. Ponūt hāc cōcluſionē. Nō in extremis penitere pōt. Et rō. Deus. n. q dat oībus abundāter. nulli grām denegat q facit qꝫ in ſe ē: vt ſe pparet ad ipſam grām. Hec āt ppatatio fit p motū liberi arbitrij. Vn̄ q̄. diu manet vſ liberi arbitrij hoi: in hac vita nō firmatū in malū. pt ſe ppararē ad grāꝫ volēdo de petīs: ⁊ ſic ↄſeqtur grām remiſſiōis. Sꝫ tn̄ piculoſuꝫ ⁊ dubioſū ē. ⁊ incertū: q̄ talis ſaluet. Et rō Theologoꝝ ē. pp bella q̄ pcōit i morte imminēt. pp que: cū maxia difficultate ſaluat. Que bella ſūt 3. principalia.

¶ Primū. dr̄ demonū īfeſtatio.
¶ Scd̄ꝫ. dr̄ ſenſuuꝫ fatigatio.
¶ Tertiū. dr̄ terribil' examiatio.

¶ Circa primū. hꝫ Grego. 22. mora. Q̄d diabolus pcipue aggredit hoiem in finē vite ſue. ſciens plus tpis nō reſtare ad seducendū ibi. Que ptās fuit ei ↄceſſa a deo. Gen̄. 3. Vbi dr̄. tu inſidiabis calcaneo eius. i. inſidias in morte ppones. Sꝫ de qbus tentat q̄rit aīa? Cui. Rn̄deo ſꝫ Robertū olcot. ſuper Sap. Quod ſ 3. ſingulariter in morte tentatur. p° de fide. 2. de ſpe. 3. de confeſſione. P° de fide. eo q̄ inter oēs virtutes. maxime ſit neceſſaria. rōne cognitionis. Quia nāll cognitione nō poſſumus cognoſcere q̄tum deus ſit imenſus iuxta illud Job. Ipſe ē vincens ſciam nr̄am. Sed neceſſaria

eſt aliqua cognitio ſupernāt. Et hoc ē per fidē. Ala practica: per fidē credimus deū: credimus filium: credimus ſpm̄. ſ. Credimus purgatorium: paradiſum: infernum. Que nāli cognitione ſciri nō pñt. Jō fuit neceſſaria cognitio fidei. Cū ergo diabolus ſciat illā eſſe neceſſariam. Sicut ī mari. El timon à la naue. Jō ſathanas hoiem tentat de fide: perſuadens non eſſe deum: vel paradiſum. Non.n. tunc diabolus ſuggerit penſieri diuitiaꝝ. vel honoꝝ: vel deliciaꝝ. Qz ſibi moriens rñdere poſſet. Ad qd mihi diuitie: qz eas nō poſſū mecum portare? Ad quid delitie. qz vermes dēt ſtatim corpus meū comedere? Ad quid honores: qz ſtatim debeo redire in puluerē? Et iō ſugerit tentationem de fide: q̄ ē fundamētū: vt illo deſtructo, deſtruatur totū edificium. Jdeo Apoca. 2. clamat Jo. eſto fidelis vſqz ad mortē: ⁊ dabo tibi coronā vite. Et Pau. Gal. 5. Jn oībus ſumētes ſcutū fidei. Et .p. Petri. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Non eſt virtus que tm̄ debilitet vires hoſtis noſtri q̄tuz facit fides nr̄a. Jdeo in ordine noſtro eſt laudabilis conſuetudo: ꝙ quando aliquis frater laborat in extremis. facto aliquo ſigno: fratres vbicunqz ſint ſiue in ſtratis: ſiue in menſa: ſurgunt ⁊ currunt ad morientē dicendo Credo. O grande bellum eſt hoc ſuper oia bella, O quanti amiſſo lumine rationis factiſiant. Etiā ⁊ ſancti viri. ⁊ timorati. Exēplū hēmus in Cronica ordinis. De Juuene preuento morte: ⁊ a diabolo infeſtatus cepit clamare. Maledicta ſit dies ⁊ hora: quā intraui ordinem hūc. Et poſt pauca. Ad ſe reuerſus dicebat fratrib⁹. Parcatis patres mei: ⁊ nō ſcandalizamini de me: ꝑ hec verba q̄ dixi qz a diabolo ſum tentatus. Non ſit maledicta: ſed benedicta. Nōne videtis reginā ꝓpugnatricez caminantē per cameram? Quibus dictis: emiſit ſpūm. Ad hoc facit exemplum virginis: que faciem demonis in morte videre noluit. Et xp̄s de ſeipſo conquerens Jo. 14. Venit.n. princeps mundi huius ⁊ in me nō hz quicq̄. Ad propoſitū. Si ſancti viri timuerūt: quid dicemus de Ribaldo: qui ſero cōuertitur? Qui ſemꝑ fecit vſuras: cōcubinā tenuit? Scđo tentat de ſpe. Qz conatꝰ inducere hoiem ad deſperationez: q̄ nihil eſt periculoſius. 2. Re. 2. Periculoſa res eſt deſperatio. Suꝑ quo glo. nihil ē periculoſius deſperatione: quā q habuerit. in fidei certamine conſtātiam perdet. Hoc fuit peccatum Jude. De quo Matth. 19. Et Cayn. Gen. 4. Reducit.n. ad memoriā oia pcā: que fecit: vt faciat hominem deſperare. Jō nō ē tm̄ hoiem laborātem in extremis inducere ad recordationem ſuoꝝ pctōꝝ. ſed potius ad ſpem diuine miſericordie. Ad memoriā

paſſionis dñi. Ad recordationez
ſuoꝝ bonorũ meritorũ: que fecit
in vita ꝑ quibus põt ſperare mi-
ſericordiã dei. Diabolus nõ ſo-
lum moleſtus eſt malis morien-
tibus: ſʒ ẽt ſanctis ⁊ amicis dei.
Sicut habemus de. ſ. Euſebio:
diſcipulo Hieronymi. Qui exi-
ſtẽs in articulo mortis. apparue
runt ei demões. volẽtes vt blaſ-
femaret nomen dñi. Et ꝙ eſſet
dãnatus: ⁊ ob id deſparet. Ipſe
cepit clamare. Nõ faciã. nõ faci-
am. Mẽtiris. mentiris. Inter-
rogatus Euſebius a circũſtanti-
bus fratribus: quid ſibi vellet.
nõ faciã: mentiris. Rñdit ꝙ de-
mon ſibi apparuerat ⁊ ſuadebat
blaſfemaret nomẽ dñi. ipſe vero
rñdebat: nõ faciã. Suadebatqʒ ſi
bi ꝙ erat dãnatus. Ille aũt dice-
bat: mentiris. Si ergo hic Dei
amicus tã durũ bellũ ſenſit a de
monibus. Quid faciẽt peccato-
res nephãdiſſimi: q tãdiu diabo
lo ſeruierũt? Iõ. Paulus. Mul
ta ⁊c. Tertio tẽtat de ↄfeſ. vt
hõ non ↄfiteatur peccata ſua: qꝛ
inter cetera bona hõi neceſſaria: ẽ
cõfeſſio De pe. di. ꝑ. Serpẽs nõ
meruit a peccato iuſtificari: q pctã
ſua noluit cõfiteri. Exẽplũ i Cro
nica ordinis. De nouitio quẽ de
mon in ſpẽ virginis Marie hor
tabatur ne cõfiteretur dicens ꝙ
frangeret ſilentiũ cõfitendo. Cõ-
tra qđ bellũ Tho. in poſtil. dat
3. remedia. Primum eſt fre-
quentatio diuini verbi. que aiam
illuminat. ps. Declaratio ſermo
num tuoꝝ dat intellectum. Idẽ
Lucerna pedibus ⁊c. Et extra
de officio iudicis ordinarij. Int
cetera que ad ſalutẽ ſpectãt ꝑpli
chriſtiani: pabulũ verbi dei: ma-
xime noſcitur neceſſariũ. Se-
cundum remedium. Eſt auditio
miſſe: quia aiã recreat. De cõ. di.
2. c. Ut qđ. n. pas demeãut ven
trẽ? Crede ⁊ mãducaſti. Ter
tium eſt ↄfeſſio: q̃ eſt ſalus aiarũ:
diſſipatrix vitiorũ: reparatrix vir
tutũ: vt dicit Aug. Exemplũ in
viſionibus. ſ. Eliſabet regie vn-
garie. Cui demon appens horta
batur eã ad duo. Unũ: vt. 2: vlꝫ
acciperet: Alterũ: ne ↄfiteret. Cũ
quereret mlr: qr ſuadebat ei: ne
ↄfiteret? Rñdit. Quia nihil ẽ. ꝙ
tm̃ ne terreat ſicut cõfeſſio deli-
ctoꝝ. In qua pctã ꝑ annũ ↄgre-
gata ꝑ ãnũ in momẽto. Cũ ergo
nis bonis ſit primus ille qui ſero
ↄuertit: lõ dãnat. Pꝫ primum
bellũ. ¶ Scõm. Bellũ ⁊c. Mit
Theo. li. 4. Qđ hõ in morte du
plicẽ penã patit. Pria dr. Pe
na corporis. Scda dicit. Pe-
na mortis. Pena corpis. Qꝛ
oia membra dolent tali vt ſepe
impediant vſum rationis: neco
gitare poſſit bonum anime. Iõ
Grc. Illuc fertur intentio men
tis vbi ſentit vis doloris. Do-
lent relinquere mũdũ quẽ plus
cum bonis ſuis amarũt: ꝗ deũ.
O q̃ta anxietas occupat corda
⁊ mentes eorum. Alteratur rõ
his paſſionibus. Unde venit ꝙ
ipſi miſeri qui voluerũt expecta

re facere pniaȝ in fine: nõ poſſint cogitare aliquid de deo: ⁊ nullaȝ memoriam habeant ſue ſalutis. Et vt dicit Auguſ. in ſermone Imo. Hac aiaduerſione percutitur peccator vt moriens obliuiſcatur ſui: qui dum viueret oblitus eſt dei. Scd̃o dolor eſt mortis. De qua. 3. Ethi. Ultiuȝ terribilium eſt mors. Sup quo Euſta. viterbieñ. Comeñto. 9. Duplici ratione mors dicitur terribilis. Primo rõne ſepationis. Cũ inter aiam ⁊ corpus ſit q̃dã inata aicitia. Et vt hȝ phs. 2. de aia. Hõ conſtat ex aĩa ⁊ corpore. Et ſepatione aie a corpore: tollit̃ natura hois. Qui hõ non ẽ corpus tm̃: vel aia tm̃: ſed coniuncti. Jõ. 4. Matheo. Hõ mortuꝰ nõ ẽ hõ: niſi equoce. Ad ppoſitum. Ex tali ergo ſepatione: mors dr̃ vltimũ terribiliũ. Jõ phs i philoſofia ſua. Aia ⁊ corpus cõpati videtur ad inuicẽ. Et talis amor repitur. et i ſcis viris: q̃uiſ te moriuntur. Jõ apl's. p̃. Cor. 5. Ipſi nos ingemiſcimus pñmitias ſpiritus hñtes: eo q nolumus expoliari. ſ. corpe: ſȝ ſupueſtiri. glo. i. viui vellemus cũ corpe regnũ itrare. Ex hoc xp̃s nollebat mortem. Et Pau. Rome: vellẽ pe tijt a Plãtilla ne moriẽs viderȝ manus carnificis: pp horribilitatẽ mortis. Et Aſcoli. Exẽplum illius iuiati ad furcã. dũ conforta retur ad patiẽ di. q erat iturus ad cenã cũ virgine Maria. Rñdit. O pi: vellẽ altũ pro me iret.

Contra illos qui dicũt: vellẽ mori. Scd̃o rõne dãnatõis mors eſt terribilis. Raptoribus vſurarijs. cõcubinarijs. luſoribus. luxurioſis. blaſfemis. odioſis. Eccleſia. 14. O mors q̃ȝ amara eſt memoria tua: hoi habenti paceȝ in ſubſtãtijs ſuis. Prattica. Amara eſt diuiti. qui pp diuitias acquirendas perdit diuina. miſſas ſermones. Accipit ſacramenta falſa. periurat. dicit mendacia. frangit feſta. El ſurſum corda nõ ga pre. Sȝ ſemp eſt in cõtinuo morti. hȝ q dicit Orig. Amator ſui de terra cogitat. de terra loquitur terrenos haber effectus: Uñ de eis bene loquit̃ Uir. 3. eneī. Quid ſi mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Et Luca. 3. Ferrum mõteq; timet̃ Auri neſcit amor. Et Dantes in. 20. Purgatorij. E la miſeria del auaro Mida. Ch ſegui ala ſua domãda igorda Per laq̃ ſemp̃ ꝑulen ch ſi rida. Declara hiſtoriã Mide. Fuit. n. gdaȝ Mida q a Bacco ipetrauit q quicquid tangeret fieret auꝝ. Q ⁊ factum ẽ. Uñ cũ vellet comedere pãis ⁊ vinũ ⁊ alia fiebãt aurum. vnde fame mortuus eſt. Deinde dic. Sic faciunt auari ſẽ p perũt pecuniã. Iuue. li. Prima fere vota cñctis notiſſima tẽplis. Diuitie creſcant ⁊ opes. q̃ poſtea eſt cã mortis animarum ſuarum. Amara luxurioſo. q pp amorem lubrice carnis: priuatur bono ſpũali. Aug. Q q̃ pua cõcubitis hora. p q̃ pdit̃ eterna vita.

Amara ſuperbo. Exēplifica de ſingulis peccatis. Tales nollent mori. Per nō far raſon cū loſto. Et tales freneticāt i morte pdūt vſum rationis in pena ſuorum criminū: eo ꝙ nō ſunt digni mo ri cū rōe. ſꝫ moř beſtiaꝝ. Quidā mordēt lignas: q: decimā ⁊ ſcēōs blaſſemaūt: ⁊ proxios infamarūt. Quidā manꝰ. q: pſillas bōa pauperū rapuerūt. Quidā oculos ⁊ faciem torquēt. qi his peccarūt. Idō Dd. Mors petōꝝ peſſima. Exēplū frīs Jacobi de ſigeſtro. Dū viſitaret quēdā Mediolani in infirmitate ſua. ⁊ ipſum hortaretur ad conſolationem vlulare cepit. Nōuent bdeo reddere: ⁊ nihil aliud dicebat. Mors eſt peſſima peccatoribus. Econtra. ſuauiſſima timoratis. Quod patet Auctoritate. Exemplis. Auctoritate Greg. 4. Dia. Juſti. in morte ſua ſanctorum viſiones aſpiciunt: nec ipſam ſuiam penalē pertimeſcāt. ⁊ ſine dolorē ſoluuntur: qi vera vita mortis amaritudinem non ſentit. Eccle. p̄. Timenti deū: bene erit i extremis. Et Tulliꝰ. nequaꝙ turpis mors viro forti accider poteſt. Et Petrarcha in. 3. Triūpho mortis. Et ora el morir mio cħ ſi tānoia. Ti sarebbe allegrar ſe tu ſēteſti. La milleſima pte: di mia gioia. Ad ſum exempla. Primū Grego. 4. dia. c. xij. de illo preſbytero iſirmo: qui dixit mulieri eum viſitāti. Tolle palleā: adhuc puulus foculus eſt. Cui ſtatim apparere Pe. ⁊ Pau. ad ipſum conſolandum. Quibus viſis clamare cepit. Bñ venerūt domini mei vt qd. n. ad tantillū ſeruum veniſtis? Ecce venio. ſicq; cū gaudio anima ſoluta de corpore celum aſcendit. Et in Cronica ordinis. de quodā fře qui vicinus morti poſt acceptionem ſanctorum: voce qua potuit caneř cep. Te deū laudamus: vſq; ad Eterna fac cum ſanctis tuis. ⁊ ſtatim emiſit ſpiritum. His bonis pilus eſt qui ſero ꝯuertitur. ¶ Tertium bellum ⁊c. Tho. 21. q. 171. ar. p̄. Anima vicina morti multa cognoſcit. ⁊ via naturali. ⁊ diuine reuelationis. E. p̄. q. 112. a. 5. dicit. ꝙ triplex eſt cognitio. Naturalis. Spūalis: Coniecturalis. vt diffuſe dicemus ſer. mone de cognitione gratie. His tribus cognitionibus anima in exitū: ſeipſam iudicat. Quod patet exemplo. f. Didaci diſcipuli. ſcilicꝫ Th. q̄ poſt mortē apparuit ei Neapoli dū eſſet relictus ab eo Pariſius infirmus. Petiuit ab eo d̄ exitu anime quo ſe habeat. Cui tria dixit. Primum fuit: q: in hora ſui trāſitus: ſeipſum iudicauit non eſſe damnandum. Et videbatur ei ꝙ totus mundus minabatur ruinam. ⁊ ſtatim reppe. rit ſe in purgatorio. Secundū dixit ꝙ non dicitur aliquod verbum in camera infirmi. quod infirmus non audiat. Tertium ꝙ aīa in exitu ſupra ꝗ dici pōt: maxie expaueſcit. De quo pauoř lo

quit Petrus Damia. ſcribēs ad.d. blancā comitiſſā regē irā de. Penſandū quippe ē. cū iā peccatricis aia a vinculis icipit carnis abſolui: quāto amaro terrore cōcutit: quā mordacis conſcie ſtimulis laceratur. Recolit vetita q cōmiſit videt mādata q negligenter implere contempſit. Probat immobile ſibi diſtricte vltionis iudiciū ineuitabilr imminet. Mane ſatagit. ire cōpellit. Recuperare vult pdita. et nō audit. Pone exēplum hic Coſme de Medicis. Qui flens in morte dixit ſine cōſorti. O quot et q̄ta ſūt hoi in vltimo vite ſue. In quo q̄dē exiturus: citat ad reddendū rōez de trib9. Primo de aia. Quā ſocietatē ei fecerit. Cū dicat deus. Deu. 4. Cuſtodi teipſum et animā tuam ſolicite. 2°. de corpore. Si nimis delicate fuerit nutritū: qr recalcitrat. Vn̄ Paulus. Sciat vnuſq̄ſq; vas ſuū poſſ der. Et. p. Pol. Animū oz eſſe regēs: corpus vero rectū. Idē. Bonū eſt corpus regi ab aia. 3. de tpe amiſſo vn̄ ſcriptura Eccle. 4. Cōſerua tps: et declina a malo. Quo nihil pcioſius pt reperiri. Sen. p. epla Nihil pcioſius tpe. Et ſubdit rōnez dī. Oia mi Lucilli aliena ſūt tps tm̄ nr̄m ē. In Cronica ordinis. Exemplum. Quidam ſuper deuotis in oratione exiſtens poſt Matuti. audiuit vocem lugubrem. Querens quis eſſet. Ego inquit. ſum vna anſma dānata: que amariſſime defleo vitā meā. ſimul cū alijs dānatis. Et q̄ nulla re tm̄ volemus: ſicut de tpe quot inutiliter expedinius. et peccando conſumpſimus. Vbi in vna hora potuiſſemus de peccatis penituiſſe. Patet ſecundum.

Tertiū myſteriū ec. In p. myſterio argumētatū eſt p pte negatiua. q hō in morte q̄tūcq; peſſimus ſaluari pōt. Rn̄deo. q verū ē: cū ſit liberi ar. Sz perſiſtinans hāc cōuerſionē magis cū difficultate ſaluat. Et perōr ſec habitū in malo: qui habitus in naturam cōuertit: vt habz pho. p. ethi. Et. 7. Conſuetudo eſt altera natura. Et. p. Rhe. Difficile eſt reſiſtere cōſuetudini. Et Iuue. li. 3. Sat. p. Conſuetudo mali: tenet incurabile vulnus. Ouidi. 2. de Arte. Nil aſſuetudie maius Et Mar. lib. Vndiq; ſuſcepto. Mens aſſueta malo: firmius heret. Lice. 2. Tuſcu. Conſuetudinis magna vis ē. Et de hac cōſuetudis efficacia loquunt Cano. 24. q. p. c. Sciſma. Et extra de cōſuetudie. c. fi. c. Cū tāto. Tanto inquit grauiora ſunt petā: q̄to diuius infelicē aiam detinēt alligatā. Et p Iuri. in autēcico. Vt nulli iudicij liceat hře. col. 3. Et. ff. de penis. l. Capitaliū. Et. C. de epali audiētia. l. nemo. Et. ff. ad macedonianum. Et Inſti. d rerū diuiſione. §. Pauonū. Cum ergo petōr ſit imbut9 et habituatus i malō: et difficile ſit mutare habitū. io dānat. ¶ Scdo rōne obdura-

ſionis. Quanto quis conuerſionem tardat plus obduratur in peccatis pro quibus non conuertiẜ. Greg. Peccatū qd p pniaȝ nō diluiẜ: mox ſuo. pōdere ad aliud trahit. ¶ Tertio rōe elongationis. Quāto qs in peccatis moratur. tanto ſe elongat a deo. Sed non eſt veriſimile. ꝙ qs in vna hora vel momento ad pniaȝ veram reuertatur. qui .p. 50 annos: vel circa in peccatis fuit. Jō Grego. 4. Dia. de Griſauro romano ꝗ puenct⁹ morte ⁊ ſenio cōfect⁹ in pctis inducias petijt vſqꝫ mane. Sed non fuit ei ꝯceſſum. Et de Machario qui requiſiuit a demōe. Cur pauci ſaluanẜ? Qr inquit ſperāt in morte ſaluari. ſic ꝓcraſtinant ſuam conuerſioneꝫ. Et ſic ſe trouano inganati.

¶ Feria ſexta in capite ieiunij. De elemoſina.

AUdiſtis quia dictū eſt antiquis. diliges proximum tuuꝫ: ⁊ odio habebis inimicum tuum Mat. 5. ſecundum Tho. in cathena aurea. De triplici amore hodie chriſtus loquitur. Primo ſui proximi. Secundo ſui. Tertio anime noſtre. Apud āntiquos fuit hec lex: ꝙ non niſi amici diligerentur. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros. Secundum Chriſo. Inimici noſtri poſſunt cōſiderari. quattuor modis. Primo quo ad naturā: pro vt ſunt ad imaginem dei facti. Et tunc ſunt diligendi: qr boni ſūt. ꝓ. Thim. 4. Omnis creatura dei: bona eſt. Gē. 1. Uidit deus cuncta que fe. ⁊ e. val. bo. Si quo ad naturam homo eſſet malus, deus: vtiqꝫ eſſet malus ꝙ eſt impoſſibile. 2°. quo ad culpam. Et tunc ſunt odiendi: qr vt peccatores odit deus illos. Eccleſia. xij. Altiſſimus odio habet peccatores. Et ps. Iniquos odio habui. Diſ. 86. Leo papa. Odio habeantur peccata non homines 3°. quo ad penā: inquātum ſunt pene eterne dediti. Quo ad hoc debemus eis compati: quia ad mortem anime tendunt. Unde ps. Uidi preuaricantes: ⁊ tabe. 4. quo ad indigentiam. Et ſic eis debemus ſubuenire. Ro. xij. Si eſurierit inimicus tuus: ciba illum. Si ſitit potum da illi. Ideo dicit diligite ini. ve. Quo ad primum. 1°. loquitur de amore ſui. poſtꝗ dixit de amor̄ erga inimicos. Et vos eſtote perfecti. ſ. in amore dei: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt. ſ. in amore veſtri: id eſt ſicut perfecte diligit vos: ⁊ vos ipſum. De quo amore Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Jo. 3. Sic deus dilexit mundū vt filium ⁊c. 3. loquiẜ de amore anime. v. Uidete ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Iuſtitiam id eſt bonaȝ operationem. Que iuſtitia ꝯſiſtit in duob⁹. P°. i eleēo largitiōe. 2.

in deuota o.one. Prio ec. Sz hec
iustitia pdi: qn fit ex vanagl'ia r
põpa mundi. Unde dicit. Cum
facis elam noli tuba ca. Illi ca-
nunt tuba: qui faciunt eam ex põ
pa. Sz qn fit pure pp deũ tunc ẽ
fructuosa. alioquin tales nõ hñt
b mercedẽ suã. 2. hec iustitia cõ
sistit i deuota orone. Et hec est cõ
templatiuo. sed hec iustitia pdi
tur nisi ab humano fauore absco
datur. Unde dñs eã ordinãs. d.
Et cũ orau eritis nõ eritis sicut hy-
pocrite tristes: q orãt ec. Sz cuz
oraueris: intra i cubiculũ tuũ: r
clauso ostio ora prẽm tuũ i abscõ
dito. Et pr tu' qui videt te i ab-
scõdi. red. ti. s. mercedem. Apli-
ca. De elã. 3. sunt ec.

¶ Primum dicit inductionis.
¶ Secũm dicit fructificationis.
¶ Tertium dicit conditionis.

Circa. p. iducimur ad
facĩedũ elemosinã. 3.
rõne. Primo pceptio
nis. 2. auctoritatis. 3.
ppietatis. Prio rõe. ec. Secũm
Th. 22. q. 32. ar. 5. Ric. 4. di. 15.
q. 2. Elemosina est de pcepto. 4.
legis. Primo legis nãlis. Dicit
nat. Cão. Cum. P'. nãlis. Que
lex icepit ab Adã vsqz moy. In
quo tpe mũd' viuebat sine lege
scripta. tñ nõ sz legẽ nãlẽ. vt di
di. p. c. p. Et di. 9. Sãe. Et. x. q.
p. Placuit q lex clamat Mat: 7.
Quecũqz vultis: vt faciãt vobi
ho. r vos ec. Si px'm' i idiget pa
ne vĩo veste. r alijs necarijs dare
p. Jo. 3. Nõ diligam' xbo neqz

ligua: sz ec. Et rõ ẽ: qz nãle vult
vt amicus amico subueniat. Teste
pho. 9. Ethi. Amic' se dz hẽre ad
amicũ sicut ad seipsũ. Et. M. xij. Di
liges pxi. tuũ ec. Qd verbũ Si
cut teipsũ: dclarat a Cano. Di. 2.
c. Proximos nros sic diligim' sicut
nos: qn i coz necẽitatibus subueni
mus. Scda ec. ĩ euãg. Luce. xi.
d. xps. Date elã: r oia munda
sunt vo. In eodẽ. xij. Uendite q
possidetis: r date elã. Et Mar.
6: Estote misericordes sicut r pr
ec. Nullibi legitur q deus vo-
cetur pater potentie: nec pater sci
entie: sed pater misericordie. Ad
innuendum q illi qui sunt eius fi
lij. non debent eum imitari in
potentia neqz in scientia: sed in
misericordia. Deus habuit tres
filios. scilicet luciferum. adam.
christum. Primus appetijt fi-
am potentiam: r ideo tanqz fili-
us deneger fuit exheredat'. 2': i
scientia: r fuit similiter exhereda
t'. 3'. pl' sapiẽs secut' ẽ ei' miãz
r sõ assecut' ẽ hereditatẽ eternã.
Imitẽmr g prẽz celestẽ nõ i potẽ
tia neqz scia: sz i mia: r assequemur
r nos hrditatẽ suã. Estote igt ec.
Qd r virgo fec: qz bõa magoz
paupib' distribuit. Tertia lex di
citur canonicalis. Distin. 47. c.
Pasce. Amb. Pasce fame mori
entẽ. si nõ pauisti occidisti. Et di.
86. i singul. Et. c. Qui clemẽtiã.
Quarta lex ec. ff. d agnoscẽ. ..dis
vel alẽdis liberis. l. necare. Nã
ille di necare q alimenta negat
qui potest piare. Et. C. de sacro.

ecc. Et de reb⁹ ꝛ puilegijs carū l. priuilegia. Humanitatis noſtre eſt proſpicere egenis: ac operā da re vt pauperibus alimenta nō de ſint. In quibus verbis merito q̄ ritur dubiū. Vtꝝ oēs indifferen ter teneātur dare elā. Ad qḋ rñ det Th. Durā. 4. di. 15. ꝛ Ric. ibi. Quod aut hō pōt illā cōferre aut nō. Si nō pōt: excuſatur. Qꝛ ff. de reg. iu. l. ipoſſibiliū. Ab im poſſibile nemo tenet. In. 2. eth. Nemo dat ꝙ nō hꝫ. 2. pol. Ne mo ad impoſſibile: manū mittit. Aut pōt dare: qꝛ abundat tpali bus bonis. Tūc ſub p̄cepto tene tur cū neceſſitas primi occurrat. Qḋ ſic ꝓbatur. Nemo punitur eternaliter: niſi ꝓ mortali. Sꝫ nō dans elāꝫ eternaliter puniē ergo ꝛc. Iō xp̄s Mat. 25. Ite maledi cti in ignē eternū. Qr o dolēſu riui. n. ꝛ nō dediſtis mihi mādu care. Sup quo augu. Tacet dñs oīa recta iuſtorum ꝛ oīa mala iu ſtorꝫ ꝛ ſolū laudat elāꝫ fecundi tatē ꝛ dānat ariditatē. Qr hoc? Qꝛ oīa crimina redimunē elis. Vñ in die iudicij: ſolū de ea exa minabiē. Igiē omiſſio ele ē pcm̄ mortale qñ fieri pōt. 1. Io. 3. qui hūerit ſubāꝫ hui⁹ mūdi ꝛ viderit frēꝫ ſuū neceſſe hīe ꝛ clauſerit vi ſcera ſua ab eo: quō charitas dei manet i eo? Et Hiero. di. 86. qui clemētiā nō hꝫ. nec idut⁹ ē viſce ra miſico: dic ꝛ lachrymaꝫ: ꝙ uis ſit ſpūalis nō adiplet legē xp̄i In hui⁹ figurā Lu. 16. dr. Qḋ il le epulo acriter redargutus ē: qꝛ lazaro indigēti panē nō dedit: ſup quo Ber. Si crudelitatis eius ar guimus q ſubſtantiaꝫ hui⁹ mūdi hñs ꝛ vidēs ſuū frēꝫ egeē. ꝛ clau ſerit viſcera ſua ab eo: qui dicturi eſtis in iudicio: q tot lazaros vide tis exuriētes ꝛ nudos? Prau lea ꝯtra diuites affluētes multis bo nis: q dñr ſeruis dei. Anda: ꝙ de us faciat vobis. Aeſt eſſet piſtor. Deus nō eſt piſtor. Qḋ ꝯtra exē plū. Iob. 31. Si comedi bucellā ꝛ nō comedit pupillus ex ea. Vñ pꝫ p̄ma rō. ¶ Scḋo rōne ꝛc. Tri plici auc̄te inducimur ad dandaꝫ elam. Primo diuinali. Canoni ca. Pagana. Primo ꝛc. In ps 40. Btūs q intelligit ſup egenuꝫ ꝛ pauperē. Ecc̄. 3. Ignē ardēteꝫ extiguit aqua ꝛc. Tob. 4. Ex ſub ſtātia tua fac elam: ꝛ noli auerte re faciē tuā ab vllo paupe: ita. n. fiet: vt nec a te auertaē facies dei. Iſa. 58. Frāge eſuriēti ꝛc. Deu te. 15. Iō p̄cipio tibi vt apias ma nū tuā egeno ꝛ paupi: q tecū mo rantur i terra. Scḋo auc̄te cano. 16. q. 7. c. Inuētū. 17. q. 3. c. Sūt q. Et di. 47. c. Auctari. c. Sicut ij. Exurientiū panis ē quē tu de tines. nudoꝝ veſtimentū eſt qḋ tu recludis. l. ſuperfluuꝫ: ꝛ miſe rorum redemptio eſt ꝛ abſolutio pecunia quā tu in terra effodis. Et glo. Non ſubuenire neceſſita tē habēti: rapina ē. Et Tho. 22. q. 32. ar. 5. Bona tpalia ſunt com munia quoad vſuꝫ ei qui indiget ꝙuis proprietas ſit tua. tñ vſus i neceſſitate eſt cōmunis. In huius

figuram. In teſtō veteri quilibȝ
trāſiens p vineā alterius: ſatura-
ri poterat: ſine alia licentia. Idē
habetur in .l. pendētes. §. Si qd
clocarij. ff. ď vſufructu. Et. ff. ad
l. Rodiā .l. i. §. Cū in eadē. Ciba
ria in tpe neceſſitatis: ſunt coia.
Tertio paganali. Ouid. li. de pō-
to. Regia crede mihi res eſt ſuc-
currere lapſis. Plato i Timeo.
Bonos viros cōmodos eſſe de-
cet. Tul. in orōne pro ligario. ho
mines ad deos nulla re propius
accedūt: ꝙ̄ hoībus dando. Mer
curius Termegiſtus. Cognata
nature diuine: ē miſericordie vir-
tus. Iuue. ſaty. 8. Miſerere tuo
pā. Preterea ſaraceni: vt hr̄ i al
corano: qñ agūt aliqd̄ feſtuȝ ꝛ vi
dent pauperē .a.d ſe venire ad po-
ſcendū etiam: flectunt genua agen
tes deo grās de tanto beneficio:
quē gratanter ſuſcipiunt. ¶ Ter
tio rōne ꝛc̄. Quicqd datur pau-
peri: dat xp̄o. Mat. x. Qui vos
recipit: me recipit. Et. 25. Quod
vni ex meis feciſtis: mihi feciſtis.
Si das pauperi: das xp̄o. Et ecō
trario: negas. Unde. 7. q. 1. Ois
Qui enim negat miſericordiam
faciendaȝ neceſſitatē patientibus
ipſum xp̄m negat. Ille. Exem-
plum de Martīo. qui medietatē
palij dedit paupi. Angelis petē-
tibus quis hoc feciſſet? Reſpon
dit Martinus adhuc cathecumi
nus hac veſte me contexit. Et de
magiſtro Iordane qui pauperi
capam dedit. cum iret ad matu.
Tandem vidit crucifixuȝ coper
tum illa capa. Unde patet primū

Secundum dicitur ꝛc̄.
Tres ſūt vtilitates ele
moſyne.
¶ Prima. dicit̄ multi
plicationis.
¶ Scda. impetrationis.
¶ Tertia. benedictionis
¶ Prima di ꝛc̄. Greg. 4. dialo.
Terrene ſubſtātie per hoc ꝙ pau
peribus diſtribuuntur multipli-
cantur. Et prouer. xi. Alij diui-
dunt propria ꝛ ditiores fiunt. alij
rapiunt nō ſua ꝛ ſp̄ in egeſtate ſt̄.
Qz di. res fcā eū furto nō ſe po
ſſedere. Pz exēplis de Boniſa-
cio. Qui puer exiſtens triticum
matris expendit in vſuȝ pauperū.
Qd mr̄ vidēs pugno faciē cede
bat. Puer autē oratione fuſa: ho
reuȝ plenū inuenit eſt. Et Pe-
trus Dama. inducit exemplum
de illo qui denariū dedit pauperi
volēs ex illo emere panē. Sȝ do
mū reuertēs inuenit menſaȝ pa-
ratā cū optimo pane. Quod fe-
cit deus ex pane dato pauperi. ꝛ
de beato Dominico. cui panis fu
it auctus Bononie. Rome. Qr
portinario precepit pauperibus
panem dare: ꝛ omnia reſidua mē
ſe fratrum. Et de Abbate ſancti
Benedicti qui vocabat̄ a mona-
chis derſoꝛie abbas. Hic quia
erat liberalis amonis ab officio
omni anno tēpeſtabantur: vt vix
poſſent viuere cum prius ſem-
per abundarent. Et. 2. Re. 17. de
vidua que pauit Helyaȝ prophe
tam: cui non defuit oleum ꝛ fari

na: Quot miraculoſe proſperan
tur? Quia deus nō vult ſupera
ri in liberalitate. ¶ Scōa di. ꝛc.
Veniam pro peccatis īperrat. ec
cle.19. Conclude elemoſynā i ſi-
nu pauperis, ꝛ ipſa exorabit pro
te. Et Mat.5. Beati miſericor-
des ꝛc. Hiero. ad Nepotianuz.
Non eniz memini me legiſſe ho
minem pluz a deo derelictū. La
ctā. in.6. Magna ē miſericordie
merces: cui deus pollicetur pec-
cata ſe omnia remiſſuruz. ¶ Exē
plo patet. De Cornelio pagano:
qꝛ pius erat erga pauperes. miſ-
ſus eſt ad euz Petrus vt cū ba-
ptizaret. act.x. Ideo Danī.4. dici
tur de Nabuc. Qs propheta de
dit ei h̄ documētū. Dn̄e mi rex.
conſiliuz meū accipe. Peccata
tua elemoſynis redime. Quod
etiā dicit̄ puer.xi. Per miſeri-
cordiā purgant̄ peccata. Scōm
magiſtrū.4.di.15. Tres ſunt par
tes ſatiſfactiōis pro peccatis, oīo
Ieiuniū. Elemoſyna. Sꝫ elemo
ſyna eſt dignior: qꝛ in ſe compre-
hendit virtutē oſonis ꝛ ieiunij.
Sed heuqꝛ hodie ↄfecit pietas.
Alius expendit circa concubinā.
Alius i tabernis. Alius i pōpis.
Clama hic. O dali manegi roſi.
Alius circa caudas mulierū. que
ſunt ſelle dyaboli. Alius circa cā
nes: vt patet de illo Cardinali. q
circa mille canes nutriebat. O
corda adamantina. O īhumani
homines. Quod contra Ber.
Clamant nudi: Clamant fameli-
ci: noſtrum eſt quod vane expen-
ditis. Et Ambroſius.3.off. Ca-
nes ante menſam īpaſtos eſſe nō
patimur: ꝛ homines excludim⁹
Verte te ad cluos oculo tomo. ꝛ
Clama. Ad vos clamo. O pom
poſi ciues. Qui pupillos. vidu-
as. pegrinos. ꝛ ſuos dei obliui-
ſcimini. De⁹ nō vos fecit domī
nos rerum temporalium: ſed di-
ſpenſatores. Quod bene innuit
Ambroſius dicens. Nō ſunt bo
minis bona que ſecum ferre non
poteſt: ſola miſericordia comes ē
defunctorum. Nō mireris ſi do
minus tollit.c.cc.duc. Si tempe
ſtatis. Si omnia ſunt aduerſa:
Quia deus poſtquam non facis
quod debes, ꝛ ipſe dabit tibi de
li ſeorezate. ¶ Tertia dicitur. Be
nedictionis. prouer.22. Qui pro
nus eſt ad miſericordiam benedi
cetur. quia de panib⁹ ſuis dedit
pauperi. Sup quo glo. Duplex
eſt benedictio quam habet qui ſu
it liberalis. Prima eſt hominuz
quia dolent in mente dicentes.
O talis fuit bonus vir. Sia bene
decta lanima ſua. Et per oppoſi-
tum: maledicitur. Prouer.xi.
Qui abſcondit frumenta in tem
pore ſuo. maledicetur in populis
Contra illos qui amant penuriā
in populo. Clama contra predica
tores: qui in orationibus fune-
reis laudāt hos poltronos i mor
te: cum fuerint auari.. Sed gran
marze a quel. Hec dona: hec mu
nera. Et amore reperiamur. chi
guaſta el mundo. Secunda bene
dictio dei. Mat.25. Venite be-

nedicti &c. Quam habuit Job. 42. Dominus autem benedixit nouiſſimis Job.

Ertiū dicit &c. Quatuor ſunt conditiones elemoſyne: ad hoc vt ſit deo grata.

¶ Prima. vt ſit gratioſa.
¶ Secunda. vt ſit liberalis.
¶ Tertia. vt ſit cum ſapientia.
¶ Quarta. vt ſit propria.

¶ Prima &c. 2. Cor. 9. Non ex triſtitia: aut ex neceſſitate. Hilarē .n. datorem diligit deus. Et Caſſiodorus lib. de amicitia. cap. 12. Uultu hilari. ſereno facie. & ſermone iucundo: ſtudeas condire munificentiam tuam. Quicquid largiris: cum hilaritate largire. Cōtra illos qui dāt elemoſynā murmurando. Che diauol. Ele el vero. Preti e fra. e poy: nō ſo ma ſadoy. Exemplū fratris noſtris Toloſe. Qui dum panem quereret. Uade in nomine dyaboli inquit: quia eſt in furno. Et mulier pater le in paſta. Et alius. Expectamus molinarium a mollno. Dum inſtaret ille. Da mihi ſaltem ſeum vnum: nam erat margarita, dixit. Toli in nomie dyaboli. Et de illo alio. Qui facit dicere: ꝙ non eſt i domo. Ubi ē patronus veſter? Non eſt in domo inquam: quia ſic eis mandauit. Ueni e cras. Et in mane & ſero per. 4. 5. dies it: tandē habet paruam elemoſynam ab illo poltrono. Non ſic chariſſime. Sed vt dicitur Eccleſiaſtici. 35. In omni dato: hillarem fac vultum tuum. Eſop⁹. Nobilitat vilis frōs generoſa dapes. Non te far pregar. da libenter & prompte. Et dicit Sene. Nulla res cari⁹ emitur: ꝙ que ꝑcibus empta eſt. Et. M. Uarro. Ficte referas gratiam. inuite dam. Semel dedit qui rogatus. bis qui non. ¶ Secunda conditio: vt &c. Quod nō fiat pro ſuſceptis beneficijs vel ſeruitijs. Sunt multi qui faciunt laborare pauperes. & poſtea dant illis aliquid nomine elemoſyne. cum tamen ſit potius merces: ꝙ elemoſyna: & eſt venditio. Dupliciter venditur elemoſyna. Primo quando datur cum quadam violentia. Augu. Qui dat vt careat tedio interpellantis: & rē ꝑdit & meritū. Scdo qñ datur ſpe retributiōis. Sen. Nō ē bñficiū qd in queſtū mittit. Hoc dabo. hoc recipiā: auctio ē. Fac ergo libēter & copioſe. In iuuētute. in ſenectute. in aduerſitate & ꝓſperitate. ¶ Tertia cōditio. vt ſit cū ſapiētia. Tūc hō facit elemoſynā cū ſapiētia: qñ nō expectat facere poſt mortē. Elemoſyna ē inſtar pupille dirigētis aiaꝫ. qui vult facere elemoſynam tm̄ poſt mortē. Qñ aīa ſua egredit corpus: bꝫ lumē poſt tergum ſuū. & ideo ſepe contingit eā cadere in foueā purgatorij. Melius ē non cadere in foueam: ꝙ inde reſurgere. Non expectes ꝙ filij faciāt q̄ faciūt ſi volunt: ſel ge ne vāza Q quot ſunt teſtā: facta iaꝫ a. c.

annis: que adhuc non ſunt miſſa in executionem. Nec ſunt p mā darii. Quarta conditio dicit̃ ꝛc. Prouer. 3. Honora dñm de tua ſubſtantia. Et Greg. Non eſt pu tanda elemoſyna ſi pauperibus diſpenſetur: quod ex illicitis re bus acqrit̃. In qbus verbis. 4. ſunt declaranda. Primū vtrū poſſit fieri elemoſyna de iniuſte acquiſitis? R̃ndet Tho. 22. q. 32. ar. 7. Quod aliqd iniuſte acqſitū dr̃ dupl'r. Uno modo. Qñ quis acqrit de vſuris ⁊ male ablatis: tunc non põt: q2 ꝯtra iuſticiā. Augu. 14. q. 5. Noli velle elemoſy nas facere de fenore ⁊ vſuris. Et ff. de verboꝝ oblig. l. Si pigno re. De alieno largiri: ſpēs furti eſt. Contra eos q faciūt capellas. altaria cāpanile de vſuris. Cõi ter in talibus tra la ſaeta. Ad hoc facit exēplum de illo vſurario. q eccleſiam dr̃ vſuris ꝯſtruxit. Et eṗs vellet eā cõſecrare diabolus apparuit ei. Exi inquit in nomie diaboli. Quia hec capella eſt mi hi' dedicata. Secūdo mõ dr̃ iniu ſte acquiſitū qð eſt ex ludis fortu ne inuentum: Nec de ijs poteſt fieri. Tertio modo. Non ꝙ ipſa bona ſint illicite acquiſita: ſ3 mo dus acquirēdi. vt de meretrice. que elemoſynā poteſt dare. Ala barba del vſuraro. Secundu3 Dubiū. vtru3 iudeus poſſit? Ad hoc Tho. in tractatu ꝯtra iude os. Quod poteſt: ſi h3 alia bona a bonis vſurarijs. Tertiū vtrū ſubditi? Th. ſ. Quod nõ: niſi fo2 te de minimis. Quartū vtrū vxo2 poſſit? Reſpondet Alber. 4. ſenten. Quod in q̄tuo2 caſi b' poteſt elemoſynā facer̃. Primo ſi eſt lucroſa in domo. nec intelli go deducendas expēſas viri: q2 vir tenetur eā paſcere ꝓpter dotem. Secūdo ſi h3 alia bona ꝑ ter dotē: q2 ſua ſunt. poteſt face re. Que dicunt̃ bona parafernalia in glo. C. de pactis. Tertio po teſt facere de rebus minimis: de pane: vino. mineſtra ꝛc. Que ꝑ tinent ad diſpenſatõnē domus. Quarto ꝓpter bonum viri. Puta: q2 ipm videt crudelē. ſce leratu3. blaſfemū. vt deus ſuſpē dat iram. vel eum illuminet. dat moderatas elemoſynas occulte: benefacit mulier. Quia vt hīt Cano. 16. q. p. c. Reuertimini. pp elās piiſſimus deus ſuſpendit flagella. Ad quod facit illud mi rabile exemplum. 1. R̃e. 25. Abi gail. que virum Nabal liberauit a morte: ꝓpter paucos datos Dō contra voluntatem eius. Uide hiſt. quia mirabilis eſt.

¶ In ſabbato primo quadrage ſime. Quod b. virgo eſt con fidentia: ⁊ ſpes: ⁊ auxiliū nr̃m.

Confidite ego ſum nolite timere. Mar. 6. ¶ A laude. gloria. e honore dela noſtra in temera ta virgine Maria. miraculum recitatur de quodā latrone. qui

omni ſabbato ob virginis reuerentiam ieiunabat: et miſſam audiebat. Ipſam rogans vt nõ permitteret ipſũ mori ſine contritiõe et peccõtuz ſuorũ et cõfeſſiõe. Cui maria apparuit. d. ꝙ nõ moreretur ſine contritione: ꝓpter reuerentiã quã ei hũit. Unde moriens ſaluatus eſt. Et ego cõſiderans more ſolito ipſaz ſalutabo: et vos vna mecũ. d. Aue. &c. ¶ Cõſidite ego ſũ nolite timere. Recitat euangeliſta ꝙ xp̃s poſtq̃ ſatiauit 5. milia hoiũz d. 5. panibus. Jo. 6. voluerũt ipſuz facere regẽ. eſtimãtes ꝙ ſp eos paſceret. et nihil eis deficeret. xp̃s aũt volẽs ſupbiã mũdi fugere in exẽplũ noſtrũ in montẽ fugit. Et vt dicit euangeliſta: facto miraculo panũ cum eſſet ſero: iuſſit diſcipulos aſcẽdere in nauiculã. Et ipſe ſolus erat in terra. Et tũc diſcipuli fuerũt in magno periculo. Et hoc quadruplici rõne ſʒ gl. Primo rõne vẽti. Ut inquit erat ventus cõtrarius illis. Sedo rõne loci: qꝛ i mari erant vbi iminent pericula plurima. Tertio rõe tpis. erat ſero. Quarto rõne naucleri: qꝛ xp̃s nõ erat cũ eis. Quito rõne iude. qꝛ erat cũ eis futurus ꝓditor: i mortali. Seqᷓtur. Circa aũt quartã vigiliã noctis venit ieſus ad eos di. Cõſidite ego ſuz. &c. Scdʒ Alber. 4. ſunt vigilie noctis et ſeruant in le guarde: Pria ẽ. 3. horis. Scda in. 3. alijs. Tertia in. 3. alijs. Quarta aũt in qua xp̃s venit. ſ. in aurora di. Cõſidite ego ſuz. Moraliter. Nauis hec: ẽ aĩa nr̃a: poſita in mari huius mũdi. De quo ps. Hoc mare magnũ et ſpacioſuz. Que eſt in periculis maximis. Sʒ nobis eſt auxiliũ neceſſariũ. Sʒ qđ: Reſpõdeo: ꝙ ẽ Maria que dicit hodie ſuis deuotis. Cõſidite ego ſum nolite timere. Scdm Jacobũ de voragine in mariali. Albertũ ſup miſſus eſt. Cõſidẽria. ſpes. et auxilium. et adiutoriũ: eſt neceſſariũ tribus generibus perſonaꝝ. ad preſens noſtrũ ꝓpoſituz i pñtiarũ.

¶ Primi ſunt cum hoſtibus dimicantes.

¶ Scdi ſũt i mari nauigãtes.

¶ Tertij ſt i ĩfirmitate egrotãtes.

Primi ſũt &c. Pro maiori notitia dicendoꝝ nota ſñiaʒ. Tho. 2°. di. 2. ꝙ deus omnipotens tria fecit loca. Primũ celũ empyreũ pro beatis et angelis. Secundo paradiſuz terreſtrẽ. Tertio vitã preſentẽ ꝓ iumẽtis. Sed pp peccatũ: cũ eſſet locus militaꝝ iam factus eſt locus iumentorum: et locus belli eſt. Unde dauid in ps. Hõ cũ in honore eſſet &c. Et. 1. Mach. 6. Bellũ cõtra nos eſt. Et ps. 55. Multi bellãtes aduerſuz me. Ber. Caſtrũ aie me in terra inimicoꝝ eſt: et vndiqꝫ oppugnatur. Qui ſunt hi bellãtes. Reſpondeo ꝙ ſunt tres: cum quibus eſt aſſidua pugna et bellum: contra animam

¶ Primo. cum demonibus.

¶ Secundo. cum mundo.

Tertio. cum carne.
¶ Primo. Cũ demonibus. p. Petri. v. Fratres ſobrij eſtote: quia aduerſarius ꝛc. Iſte eſt qui procurat oīa bella ꝛ diſcordias. Apoc. 12. Ve terre ꝛ mari: quia deſcendit ad vos diabolus habēs iram magni. ¶ Scdo cũ mundo. Jo. 16. In mũdo pſſurā hēbitis. O petre. O iacobe eritis tribulati. O quante anguſtie ſūt nobis i pñti ſeclo de filijs. diuitijs. de honoribus Aug. In valle ſum⁹ miſerie: in q̄ magis flendū ē eo ꝙ min⁹ flem⁹. ¶ 3⁹ eſt caro. De q̄ apſs Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄ ꝛ ſpūs aduerſus carnē. Et Aug. lib. de agone xpiano. Inter oīa xpianoꝝ certamīa. duriora ſunt plia caſtitatis. vbi quotidiana pugna: ꝛ rara victoria. Ille. Et i tātis picul' poſitus ē hō. Propterea dicit. Bona. in. 4. diſt. 17. ar. 2. ꝙ impoſſibile ē hominē eē ſine venialī: xpo excepto ꝛ mře. Jō in tātis piculis poſitus hō: neceſſariū ē ei adiutoriū ꝛ confidētia. Quia hō dicitur peccabilis. Ratio Alberti Tria ſunt que peccare non poſſūt. Deus. Beſtia. Lapis. Ad hoc ne hō peccaret: opus erat ꝙ eſſet aut deus aut lapis. aut beſtia. Quia vero factus e hō: oportet ꝙ peccet. Vñ. 12. q. 2. Omnis etas. pna ē ad malum: ab adoleſcentia ſua. Vñ bene inſtebat Plato De quo Boetius. 3. de Cō. Et Platoni placuit: i minimis quoqꝫ rebus diuinū debet implorari auxiliū. Si in minimis: plus in maximis. In el fato de lanime: Job 5. c. Voca ſi ē qui tibi reſpōdeat: ꝛ ꝛ ad aliquē ſanctoꝝ conuertere. Sed quale ē adiutoriū noſtrū? Vere eſt maria. Cōfidite ego ſum. Illa eſt enim que demonē ſuꝑauit. Gen. 3. dictū ſuit figuratiue ſerpenti. Inimicitias ponam inter te ꝛ mulierē: ipſa cōteret caput tuum. O diabole. la dara dele pate a te. Et Ber. ſuper Can. Tu pugnatrix egregia: qa o nimia malitia ſpūalium nequitiaꝝ: ante faciem tuā in fugam ē cōuerſa. Ille. Tribularis a mūdo. a diabolo. a carne. inuoca Mariā. O ſcuto de la afflicta gēte. O aiuto di miſeri mortali. Quia ſicut eua fuit cā nře mortis: ita Maria nře vite. Sicut eua cā noſtre maledictionis: ſic Maria noſtre benedictionis: Vñ eccleſia canit. in pſona peccatoris. Dignare me laudare te virgo ſacrata: da mihi virtutē contra hoſtes tuos. Et Alber. in ſequētijs. De peccati vinculo. hoſte. carne ſeculo: libera nos o maria. Et Petrarcha. Ad te ſuſpirantis o diua genitrice. Col core e cola mēte anguſtiādo. Perche diſceſi ſiamo da eua infelice. Exemplū notabile. In Cronica ordinis: de quodā nouitio. qui a demone tētatus: de ordine exijt. Et lrās miſit pri Dñico: de ſuo receſſu. Sanctus dei ad virginē accēſſit. d. O maria nō hinc recedā donec mihi reſtituas la peccorella ſmarita: Statim ſurgens pcepit ſacriſte aperiret portas eccleſie.

Inuenis aſſit in illa hora domi cõſiſtēs. videbat et q̄ carnes vrerētur. Ad cõuētū ꝑcitus redijt: veniā perijt. Miſerere mihi pr̄. Et ille. Fili ne timeas ⁊ ceteri pctōres: qa mater miſericordie quam rogaui te adiuuit. Tū ſaluus factus eſt. Conſidire ⁊c̄.

SEcundo. Conſidē. ē ⁊c̄. Ecc. 43. Qui nauigat mare enarrat ꝑicula ei⁹: ⁊ audientes aurib⁹ nrīs admirabimur. Et Pius pp̄. Periculoſū eſt mare atq̄ infeſtū. Et Pith: cus philoſophus. Fidelis terra: mare vero infidū ē. Mare ē magni lucri: ſȝ maximi damni Et multo plēs ſunt Theſauri in mari q̄ȝ i terra. Nauigātes ergo indigent adiutorio. Sȝ quo? Reſpōdeo. viſio ſtelle tramontane: q̄ ad portū dirigūt. Et qñ illā amittunt. ꝑdūt: omnē ſpē ſal⁹. Exemplū Pau. act. 27. qui in italiā veniēs de ſe ⁊ alijs dicit. Neq̄ȝ ſole neq̄ȝ ſyderibus apparētibus: ablata erat omnis ſpes ſalutis. Ad ꝓpoſitū. Quādiu ſumus in hoc mūdo. ſumus nauigātes ad portū paradiſi. Per la ſententia del noſtro roman Paulo. Ad Hebr. 13. Nō enim habemus hic manētē ciuitatē ſȝ futurā inquirimus. Ad phl. 3. Noſtra conuerſatio in celis ē. Sed inſurgūt nobis vēti cōtrarij. De q̄bus hodie. Erat aūt vētus ꝯtrarius. Inter tot ꝑicula nobis ē neceſſaria ſtella tramōtana q̄ ē maria: dicta ſtella maris. De q̄ eccleſia cantat. Aue maris ſtella. Cantat. Alibi. Stella maria maris. Et i R̄. matutini. Fulgida ſtella maris. Que ſtella tramōtana dicitur. ꝓpter. 3. ꝓprietates quas habet.

¶ Prima qa hȝ ſerenitatē i afflatu.

¶ Scda. quia habet fortitudinē in ſuo conatu.

¶ Tertia. q̄ habet directionem in ſuo ducatu.

¶ Prima. q̄ habet ⁊c̄. Quādo aer ē nubiloſus: ⁊ inſurgit vētus aglonarius. q̄ ē a parte hui⁹ ſtelle: efficit ſerenus. Tū ſicut vētus auſtralis eſt cā pluuie. ita aglonaris cauſa ſerenitatis. Eccleſiaſtici. 25. Vētus aglo diſſipat pluuias. Alber. 9. cōpendij. q̄tuor ſunt vēti principales. Subſolanus ab oriēte. Auſter i meridie qui ē calidus Aquilo qui ē frigidus a ſeptētrione. Zephirus qui flores ꝓducit. Ad ꝓpoſitū ergo. Vētus aglonarius cāt bonū tēpus ⁊ fugat turbidinē aeris. ita q̄ñ deus eſt turbatus cōtra peccata luxurie. auaritie odij. ⁊ huiuſmodi. ⁊ mūdū p flagellare intēdit inſurgit tramōtana ſtella maria: ⁊ ipſum placat ⁊ quietat. O quomodo mundus ſtaret niſi eſſet ſupplicatio marie. que quotidie orat ꝓ nobis? Ber. Loq̄re dña q̄ audit filius tuus. ⁊ q̄cūq̄ȝ volueris ip̄etrabis. Ille Et eccleſia in ſequētijs. Ad te pia ſuſpiram⁹: ſi nō ducis deniamus ergo doce quid agamus. poſt hunc finem vt viuamus. cum ſiccis perēniter. Et Petrarcha. Noſtra ſperanza contra a ogni

aſpra forte. De teni in capo la tua ſancta mão. Che ci defẽda: e chi ſe fagia forte. ¶ Scḋa cõditio hu ius ⁊c. Facit hoies fortes cõme morantes ſub regione hui⁹ ſtelle vt ſunt Lõbardi. Italici. Ro mani. Vegetius li. ꝺ re militari. Orientales nõ poſſunt nimis eē fortes: q2 calidi pp ſolis ardorē3. Occidẽtales ſimiliter: qi ſũt fri gidi: vt pote nimis longati a ſo le. Jõ puidi. Auſulis clament. Horges. Horges. S3 fortes ſũt ſolum cõmorantes ſub regione tramõtane. Vñ venus lõbarꝺus pſequitur. ꝝ. inſideles. Ad ppoſi tũ. Qui ſunt deuoti Marie. ſunt oſtãtes i tribulatõib⁹ mũdi: vt po te ab ipſa roborati. Quid dicis o Ber. ſup cañ. Oportet oēs chri ſticolas per huius ſeculi pelagus reſpicere ad Mariam maris ſtel lam. Si quis hoc egerit. nõ iacta bitur inanis glorie vento. non ſcopulis tribulationũ fatigabit. Jlle. Sine Maria nihil agimus q2 ẽſt refugiũ nrũ3. ¶ Tertia cõ ditio huius ſtelle. Marinarios dirigit ad portum. Jta Maria. Vñ Bernar. ſup miſſus eſt. Ma ria ē preclara ⁊ eximia ſtella ſup hoc mare magnũ eleuata: micãs meritis. couſcãs exẽplis. Si in ſurgunt vẽti tẽtationum: reſpice ſtellã: inuoca Mariã. Jn angu ſtijs ⁊ i periculis pluribus Ma riã3 cogita. Mariã inuoca. Ma riã3 clama. nõ recedat ab ore: nõ recedat a corde. Jlle. O pecca tor noli recordare a deuotione illius. Dic coronã. dic officium virginis o civis. ieiuna ſabbata. Jõ eccleſia. Placa mare. maris ſtella. ne inuoluat nos procella: ⁊ tẽpeſtas obuia. Jlle. Et Petra. Lachi imar la nr̃a vita e plena. Si cẽ piãgẽdo ſião ꝺ luce priui. Se non ci luſtri: tu ſtella ſerena. Vñ p3 ſcḋa. Confidite ego ⁊c.

TErtio adiutoriũ ē op⁹ infirmis. O quot mor tui ſunt in miſeria. q2 adiutorem nõ habue runt. Eccleſiaſtici. 4. Ve ſoli. q2 ſi ceciderit nõ h3 ſubleuantẽ. Ex hoc laudatur a Theologis opus miſericordie: infirmos viſitare. Unde xp̃s Mat. 25. Jnfirmus era3 ⁊ viſitaſtis me. Ad ppoſitũ. Quis eſt hic infirmus? Vere eſt peccator: qui ē infirm⁹ luxuria. auaritia. iracũdia. ⁊ huiuſmodi. De qua infirmitate. Dd̃. in. ps. Cantã. Miſerere mei deus. qm̃ infirmus ſum. Jnfirmus es o Dd̃. Num capite? Stomacho? Non: ſed peccato O peccator in firme. Jõ indiges adiutorio me dicine ſpãlis. Que eſt Maria dulcis. Quid dicis o Caſſiodo re? Tu patrõa humani generis. Afflictis ⁊ infirmis medicina ſin gularis. Quis tuo nõ egeat au xilio: cum peccare ſit cõe? Jlle. Nota in verbo peccare cõmune. Eccleſiaſtes. 7. Non eſt homo q faciat bonũ ⁊ nõ peccet. Pro uer. 20. Quis poteſt dicere mũ dum eſt cor meu3: purus ſum a peccato? Jn Auten⁹. de mona.

31

§. Triennij. Natura humana labitur ad delicta. Cū ergo hō ſit infirmus peccatis: indiget adiutorio Marie. Hec eſt que ſanat infirmos: recreat morbatos. Cōfidite ego ſum. ſ. ſpes veſtra. Un bene Ber. ſuper Can. ſ. 33. Maria oībus oīa facta ſapientibus ⁊ inſipientibus: copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit. oībus penitentie ſinum aperuit. vt d plenitudine eius acc piant vniuerſi. Captiuus redēptionē. triſtis cōſolationē. infirmus ſanitatē. iuſt⁹ gratiam. angelus letitiā. fili⁹ dei humane carnis ſubſtantiam. Ille. Cōfidite ego ſum: nolite timere: adiuuabo vos. In quib⁹ verbis merito dubitādo queritur. Quare dies ſabbati dedicatur Marie? Rñdeo qꝛ triplici ratione. Primo rōne acerbe paſſionis. Paſſio ſctōrum eo die conſecrari ſolet quo mortē pro xpo ſuſceperunt. Equiſſimum ēt vt virgini dies illa dedicetur: quo pro xpo eius filio paſſa eſt. Sed dies veneris ſancti: ⁊ ſabbati ſancti paſſio virginis perdurauit. Igitur illi dies debent virgini dedicari. Sed eccleſia diem veneris filio dedicauit. Et ſabbati matri dedicatur. Scdō rōne perſonalis derelictionis. Nam ſicut virgo tempore paſſionis ſola in vltimis doloribus manſit. Sic congrue illi vltimus dies hebdomade cum gaudio ſolēniter dedicetur. Aug. O beata Maria quis tibi digne valeat iura gratiarum ⁊ laudum preconia impendere que tuo ſingulari merito: mundo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes: fragilitas humani generis perſoluet: que tuo ſolo commercio recuperādi aditum inuenit? Eccleſia. n. ſic diſpenſat dies hebdōe. Prima dies dñica ſanctiſſime Trinitati. Dies lune defunctis. Dies martis peccatoribus. Dies Mercurij angelis. Dies iouis ſpūi ſctō. Dies veneris paſſioni. Dies ſabbati Marie. ¶ Tertio rōne viſitationis. In ſabbato ſancto: Maria remanſit vidua ſine filio. Et debēt vidue viſitari ⁊ cōſolari. Eccleſia in ſabbato ipſam viſitat: qꝛ eadem die ſpecialiter offm̄ facit in ſui gloriam: in horis: in miſſa: in matutinis. Eſt ergo tutum auxilium. Exēplum in Cronica ordinis. Frater qdam: cū eſſet morti vicinus cepit fixis oculis ad certum locū tremens aſpicere. Qđ cuſtos eius aduertens. dixit. Frater rogo dicas ſiquid vides. In verbū deſperationis frater prupit. pdidiſſe ſe inquiens qđ in ordine feciſſet. Cuſtos vero eū exhortatur ad Marie inuocationē dicereqꝫ verſum illum. Maria mr̄ gratie mat miſericordie ⁊c. Mira res: ſtatim vbi ipſum cōpleuit verſum: in quoddā gaudium prorupit: ⁊ dixit mente pacifica. O mi frater: nōne vidiſti dñam nſam propugnatricem expellentes catherua demonū qui me terrebant? Tunc puocatis fratrib⁹ pfeſſus eſt oēm deſperationem pre

dictaz. Et dicto cū magna deuotione ſymbolo: ⁊ Aue Maria: i dn̄o obdormiuit. Maria ergo ē nr̄a confidentia. Vn̄ Petrar.

Lachrimoꝝ la nr̄a vita e piena
Si cħ piāgēdo ſtāo dl luce priuⁱ.
Se non ce luſtri tu ſtella ſerena.
Confidite ego ſum ⁊c.

¶ Dn̄ica prima. 40. de excellentia liberi arbitrij.

principe loqui debet. per tẽpus quod loqui debet cogitat: cum qua reuerentia: ⁊ maturitate. ⁊ modo loqui debet. Cũ oramus: cum deo loquimur. Ideo ſi exaudiri volumus. primitus mentẽ ꝑparare debemus. Sed mẽs nõ eſt cum deo. Unde Origenes in homelia Cananee. Flectis quidẽ genua: ſed foris vagatur mens tua. Corp⁹ tuũ intus: ſed mens vſuras cogitat. Poſſeſſionũ redditus cõputat: negligentias famulorũ intuetur. Exemplum de ſctõ Syro epiſcopo Ianuenſi legitur. Qui dũ in eccleſia ſemel eſſet. in riſum maximũ ꝓuocat⁹ eſt: qui nunq̃ viſus ẽ ridere. Interrogatus quare riſerat a fratribus ſuis. Rñdit ſe vidiſſe demonem in eccleſia. qui verba vana loquentium ſcribebat. O ſeculares qui oĩa negocia diſcutitis in eccleſia: ⁊ verba ocioſa dicitis. Et cũ charta deficeret: ⁊ vellet eam elongare cum dentib⁹: charta ſubito fracta. ille ad murum ſe impetens caput fregit. Nota ꝙ deo diſplicet. Bis inuenim⁹ xp̃m iratum. Primo in templo. qñ dixit Io. 2. Auferte iſta hinc: qꝛ erat domus orationis. Scdõ cũ diabolo. Vade ſathana. Qꝛ erat i vituperiũ pr̃is. Vñ Aug. i reg. In oratorio nemo aliqd agat niſi ad qđ fcm̃ ẽ. ¶ Quita conditio ẽ. Vñ p̃s. Reſpexit in orõnem humiliũ. Iudith. 9. Humiliũ ſp ⁊ manſuetorũ tibi placuit deprecatio. Et per oppoſitum. Oratio ſuperborum nõ exauditur. Exẽplo patet de phariſeo ⁊ publicano. Luc. 18. Phariſeus orabat ſuperbe dicẽs. Gratias tibi ago domine: quia non ſum ſicut ceteri hominũ. raptores. iniuſti adulteri velut etiam hic publicanus. Hãc orõnẽ faciũt mulieres. o pater ego dico quotidie talem deuotionem. tria pater: ad trinitatem. ſeptem aue marie ad reuerẽtiam deli ſette allegreci. Non ſic ſed cũ hũilitate. Publican⁹ aũt dixit. Deus ꝓpiti⁹ eſto mihi pcõri. Vñ meruit iuſtificari. Sꝫ nota: ꝙ hec humilitas: nõ ſolũ attẽdit in mẽte: ſꝫ ẽt in geſtib⁹ corporis: qui pſonã multũ incitãt ad humilitatẽ ⁊ deuotionẽ. Vñ legit de beato Dominico ꝙ i oratiõe ſua hoc agebat. Aliquãdo in terra ꝓſtratus. Ubi repſentabat orationẽ xp̃i in orto. Aliquãdo erect⁹ i aere cũ manibus pẽdẽs. Orationẽ xp̃i ad colũnã. Aliqñ manib⁹ extẽſis. Orõnẽ xp̃i in cruce. Hi modi: quãuis abſolute nõ ſint neceſſarii: tamen multũ incitãt mẽtem ad deuotionem. Simili modo Franciſcus orabat: qui i oratione ſua dicebat. Quis es tu domine? Et quis ſum ego? Ego ſũ Franciſcus peccator: vt audiebat eius ſocius frater leo. Unde te humilia in oratione: ſi vis exaudiri. ¶ Sexta conditio ẽ. Cũ perſeuerantia orandum eſt. Qꝛ vt dicit philoſophus. 2°. Ethi. Finem laudamus: honoramus ea que ſunt ad finem. Et in. 8.

phyſicorum. ꝙ gutta vltima ca-
uat lapidem in virtute precedē-
tium. Et huic debetur laus. O
pater ego oraui per tot annos ⁊
menſes: ſed nō ſum exauditus.
Rñdeo ꝙ oportet perſeuerare.
Sed quē debemus orare? Rñ-
deo ſm̄ Ber. ꝙ ad tria palatia de
bemus accedere: ⁊ ibi fortiter pl-
ſare. Primo ad palatium tri-
nitatis. Ad p̄rem. ad filiū. ad ſpi-
ritū. ſ. Qđ eccleſia oſ̄dit. Prio
ad patrem. Pr̄ de celis deꝰ mi-
ſerere nobis. Secūdo ad palatiū
regie. Quod oſ̄dit eccleſia. Sā-
cta Maria ora ꝑ nobis. Sancta
virgo ⁊c. Scā dei ⁊c. Tertio ad
palatiū ſctōꝝ oſ̄dit eccl'ia. Oēs
ſci ⁊ ſācte Dei ⁊c. Ecce quō ⁊c.
Sed in his verbis: Aia tacta pe-
tit tria dubia declarari. Primū
eſt. Cū deus ſit vbiqꝫ: ⁊ ꝑ eſſen
tiam: quia oibus eē. ⁊ per poten-
tiam: qꝛ ei obediunt oia. ⁊ ꝑ pre-
ſentiam: qꝛ oia ſunt ei nuda. vt
hꝫ Tho. p. par. q. 8. ar. i. Quare
plus voluit orari in eccleſia: q̄
alibi? Reſpondeo ſcōm Tho.
vbi ſupra.
¶ Primo. rōne habitationis.
¶ Scđo. ratione deuotionis.
¶ Tertio. rōne frequentationis.
¶ Primo ⁊c. Qꝛ deus in eccle
ſia ibi habitat per ſingularē ve-
nerationē. Vñ dixit Salomoni.
tēplo conſtructo. 2. Para. 7. Sā
ctificaui mihi locū iſtū. Jō guar-
da o homo: noli ipſum ꝓphana-
re malis cogitationibus: aut ver
bis: vel factis. Scđo rōne ⁊c.

Qꝛ ibi dicuntur. 7. hore canoni
ce. Ad deſignandū. 7. notabilia
in paſſione xpi ꝯſumata. ⁊ in me-
moriā illoꝝ fit. Primo dr̄ Ma
tutinū. ſignat ꝙ xp̄s tali hora fu-
it in domo Cayphe ⁊ Anne: vbi
multa opprobria ⁊ dura ſuſtinu-
it. Vñ religioſi: tali hora matu-
tinum dicūt vt repreſentent illa.
Scđo dr̄. Prima: qꝛ tali hora
xp̄s in concilium iudeoꝝ ducit̄: ⁊ q̄
runtur cōtra eum falſa teſtimo-
nia: ⁊ falſis accuſationibus vin-
citur ⁊ Pilato ſic tradit̄. In eiꝰ
actiones graꝝ. horā primā decā
tamus in memoriā. Tertio dicit̄
Tertia: qꝛ tali hora Herodi mit-
titur: ⁊ ab ipſo cū ſuo exercitu
ſpernit̄: ⁊ illuſus cū veſte alba ad
Pilatū remittitur ⁊ clamātibꝰ
iudeis. Crucifige eū: a pilato fla-
gellatur. O ⁊c. Dicitur Hora.
6. Qꝛ tali hora xp̄s cōdēnat̄. cō
ſpuitur. illuditur. ſpinis corona
tur. harūdine ceditur. ⁊ crucem
baiulans ciuitatē ingreditur. fel-
le ⁊ aceto potatur. Et nos i eius
honorem tali hora ipſum lauda-
mus. Dicitur. 9. qꝛ tali hora ma
trem conſolatur: clamans mori-
tur: velum tēpli ſcinditur terra
mouetur. petre ſcinduntur. cen-
turio confitetur. Veſpe dicūtur.
qꝛ tali hora: lancea ſuū latus per-
foratur. ex vulnere ſanguis ⁊ aq̄
egreditur. Vñ in eius memoria
veſpere dicūtur. Cōpletoriū dr̄
quia oia iſta in ſero ⁊ nocte egit.
Primo ſacramentū inſtituit in
cena illa. Secundo pedes apoſto

lor latet. Tertio apoſtolis pacē predicat. Quarto p eis orat patrem. Quinto ad locū pdſnōis properat. Tertio ratione ⁊c. Qr in eccleſia frequētant pſone venire. Et ſicut frequentantes mercatū: cōciat hoīem ad negociationē: ſic frequētatio deuotoꝝ hoium in eccleſia inciat hoiem ad deuotionē. Ut pȝ. Primuȝ dubium. ¶ Scdm dubiū. Qua re plus ad orientē oramus? Rñ deo triplici rōne. Prima quia fi des gentium incepit ab oriente. Mat. 2. Ecce magi ab oriēte venerunt hieroſolimaȝ. Et ibi xp̄s natus eſt: ibi mortuus. ibi aſcendit. Scda. qr in illa parte amiſimus paradiſum in illa petimus p ipȝ reuocari. Tertia pp xp̄m: q eſt lux mundi ⁊ noiatur oriēs. ⁊ ibi expectatur ad iudiciū. ¶ Dubiū tertiū. Quale eſt tp̄s orādi? Rñdet Her. fratribus de mōte dei ꝙ ſūt tres hore ſpēales. Primo in mane. Exemplo Chriſti. Mar. i. qui diluculo valde ſurgens abijt in deſertuȝ locū ibiqȝ orabat. Secūdo in veſpere. Exēplo chriſti. Mat. xiij. Qui dimiſſa turba aſcendit in montem orare: veſpere aūt facto: ſolus erat ibi. Tertio in nocte. Exēplo xp̄i. Luc. 6. vbi dicitur ꝙ erat pnoctans in oratione. De efficacia matutine orationis: dicitur Job 8. Si diluculo conſurrexeris ad deum. ſtatim euigilabit ad te.

¶ Feria. 5. prime Hebdomade. De mendacio.

**V**Os ex patre diabolo eſtis: ⁊ deſideria pris vrī vultis facere. Jo. 8. ¶ Dn̄s agēs ſmonē apr̄is ſuis ⁊ iudeis: dixit. Si manſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei eritis. Scdȝ Th. In 4. ſen. Nō ē ſignū ita diſtinctiuū iter bonos ⁊ malos: vt ē diuini verbi auditio. Jo. 8. Qui ex deo ē ⁊c. Et. 14. Si qs diligit me ſermōeȝ meū ſuabit. Et Tulli⁹. Cuius aures veritati clauſe ſūt: hui⁹ ſal⁹ deſpāda ē. Dīc ḡ. Si māſeritis i ſmōe meo: vere diſcipli mei eritis. Et tria bōa pſeqnī. Priuȝ qr ve eritis mei diſcipli. Scdm bōuȝ. Qr cognoſcetis veritatē. Tertiū. Qr veritas libabit vos. Veritas hoieȝ libat a pcis. Audientes iudei a xp̄o. log de libtate. Putātes eos appellaſſe ſuos dixerūt ei. Semē habrē ſum⁹ qd ē pri. Et nemī vnqꝫ ſuiuim⁹. Scdȝ glo. Mētiebāt iudei qr erāt ſui. Et quoad corp⁹. Et quoad aiaȝ. Prio quoad corp⁹. Qr ſub pharaōe fuerūt i egypto p ānos. cccc. Et ſub Nabucodonoſor. 70. in babilōia. Et ſub rege Moab in eglon. x. ⁊ 8. annis. Et romāis dabāt tributū Joānis. xix. Non hēmus regē niſi Ceſarē. Nemini vnqꝫ ſuiuimus. Scdo ſeruus quo ad aiam. dic. Amē dico vobis: ꝗ facit pctm̄ ſeru⁹ ē pci. Uos eſtis ſerui diaboli. ⁊ filij. Un̄ ſubiūgit. Uos ex pre diabolo eſtis. ⁊ dſideria pris vr̄i vultꝭ facē. Secū

dum gloſã. Diabolus pater iudeoꝝ: tria hꝫ in ſeq̄ iudei imitabant. Primo ē iniquus. Damaſcen⁹. Dis malicia: ⁊ ois immunditia a diabolo ſunt excogitata. Et iudei erant iniqui contra Chriſtū. Hieremie. xviij. Venite cogitemus ꝯtra iuſtum cogitationes. Scd̄o demon eſt crudelis. Apocalip. xij. Ve terre ⁊ mari: q꞉ deſcendit diabolus ad vos hñs iraꝫ magnaꝫ. Et iudei erant crudeles: q꞉ interficere q̄rebant euꝫ. Tertio mēdax: ⁊ ipſi ſimilr q꞉ mendaciter Chriſtum infamabant dicētes ipſuꝫ eſſe peccatoꝛeꝫ in coꝛde Jo. 8. Nos ſcimus: q꞉ hic hō peccatoꝛ eſt. Seductoꝛem in oꝛe. Mat. 27. Recoꝛdati ſumus q꞉ ſeductoꝛ ille dixit adhuc viuens ⁊c̄. Et tranſgreſſoꝛem in opere. Joan. ix. Non eſt hic hō a deo qui ſabba. non cuſto. q꞉ igit̄ iudei ꝯtra chriſtū ſic inique cogitabant. ſic crudeliter eū occidere diſponebant. ſic mēdaciter eū infamabant. ideo ex patre diabolo erant. Ubi ad propoſitū: de mendacio erit ſermo. De quo tria videnda ſunt.

¶ Primum dicitur offenſionis.
¶ Secundū dr̄ aſſimilationis.
¶ Tertium dicitur priuationis.

Circa primum. Dubium queritur. Utrū mendacium ſit pctm̄? Ad hoc ſunt due opiniones. Una dicit ꝙ non. Alia ꝙ ſic. Prima probat intentū ſuum triplici medio. Primū eſt tale. Nullus remuneraẗ a deo ꝓ peccato. Q꞉ peccatū eſt maluꝫ. Sed aliqui ſunt a deo remunerati propter mendaciū: vt habeẗ Exo. i. de obſtetricibus hebreoꝛum. Sephoꝛa ⁊ Phua. que ſunt mētite Pharaoni: ⁊ tñ a deo premiate: ergo mendaciū non eſt peccatū.

Secunduꝫ eſt. Facta ſanctoꝝ narrantur ad informationē vite noſtre. Sꝫ de quibuſdā viris. s. legimus ꝙ ſunt mētiti. Geñ. xij. Abraaꝫ cuꝫ interrogareẗ de Sarra ab egyptijs: dixit eam ſoroꝛeꝫ ſuā: cum tñ eſſet vxoꝛ ſua. Preterea Geñ. 27. Jacob mētitus eſt dicēs. Ego ſum Eſau: vt acciperet benedictionē. Igitur ⁊c̄. Tertiū ē tale. De duobus malis: minus eſt eligēdū. Di. 2. c. Priuilegiū. Et. ff. de periculo ⁊ cōmodo rei vendite. Et Inſti. de obligationibus que ex delicto naſcuntur. §. Furti. Et Cicero in Top. Pauciora mala: pluribus malis ante ponātur. Et Ariſto. 5. Ethi. Minus malū eſt eligibile maioꝛi. Sꝫ minus malum eſſet ꝙ aliqs euitet maius maluꝫ pro mendacio: maxime cū nulli malum inferaẗ. vt pꝫ de vxoꝛe: vt rumoꝛes viri vitet. igiẗ ⁊c̄. Huius opinionis fuit Jo. Caſſi. in collationibus Joſeph. Cū quo ſunt aliqui religioſi. Ubi pꝫ prima opinio. vbi concludunt ijs rōnibus mendacium nō eſſe pctm̄. Iſti valent boies.

¶ Secūda. Opinio eſt: ꝙ mēdacium ſp eſt moꝛtale: aut veniale pctm̄. Eccleſiaſtici. 7. Noli velle

mentiri. Qr Sapiē.i. Os quod mentitur occidit aiam. Et ps. Perdes oēs qui ꝛc. Igitꝰ. Ad quā diffi. Tho.22.q.iio.ar.2. Alber.in.i.di.xi. ponēdo hāc cōclusionē. Quod nunqꝫ pōt dici mendaciū sine pctō. Sꝫ nota fm Augu.22.q.2.c.i. Quod triplex est mendatiū. Jocosū. officiosū pernitiosū. Primū ꝛc. Quod fit cā solatij. Et licet nō sit morta le.tn est veniale: nec licitū. Unde 20.q.i. Omne genus mendacij sūmopere fuge: nec vt solatium piesco mentiri studeas. Quia Mat.xij. De omni verbo ocioso quod ꝛc. Et vt dicit extra de consuetudine.c.fi. Mendaciū iocosum mortale efficitur rōne ma le consuetudinis. Jo.x. Sit sermo vester: est est: nō nō. Scdꝫ dī ꝛc. Qn quis mentitur cā vtilitatis proximi: ꝛ istud est ēt veniale. Qr vt dicit apostolus. Ro.3. Nō sunt facienda mala vt veniant bona. Et extra de symonia.c. Ad apostolicā. Sub pretextu pietatis: nō est impietas cōmittenda. Et.i.q.i.c. Nō est. Et.14.q.i.ca. Forte. Et.i.q.i.ca. Nosce: vbi dī. Non licet rapinā facere, vt fiat elemosyne. Qr vulgo dicitur. Robat nō se vole: per dar a dio. Tertiū ꝛc. Et hoc qn quis false mentitur in preiudiciū proximi: ꝛ hoc est mortale. Unde pꝫ q omne mendaciū dicitur peccatum. Que conclusio probatꝰ contra mendaces. triplici rōne.

¶ Primo rōne peruersionis.
¶ Scdo rōne pbabilitatis.
¶ Tertio rōne infectionis.

¶ Primo ꝛc. Quicūqꝫ peruertit ordinē nature: peccat. Sꝫ mēdax est huiusmodi: igitur ꝛc. Sꝫ quis est ordo nature? Rūdeo: vt oia fiant ad fines. iuxta illud.2º. Phisico. Omne agēs agit pp finē. Ipsa natura operatꝰ ad aliquem finem. Ad quid natura dedit tibi pedes? Certe ad ambulandū. Aures ad audiēdū. Et sic de alijs sensibus. Unde in primo celi. Deus ꝛ natura nihil faciūt frustra. Ad ppositū. Ad quid natura o mendax tibi cōcessit linguam in ore? Ad mentiendū forte. Uere nō. Sed ad dicendū ore quod versatur in corde. Qr vt dicit Tho.i.p.q.58.ar.2. Soli deo: cor hominis patet. Unde ꝛ apostolus dicit.i. Corin.2. Quis hominū scit que sūt hominis. nisi spiritus hominis qui ē in ipso Et Jere.20. Prauū ē cor hominis ꝛ inscrutabile. Et di.12.c. Erubescāt. Secretorū cognitor: ē dominus. Cū ergo a nobis cognosci nō possit: ideo sermonē habuit: vt manifestet ꝛ notificet cōceptus sue mentis. Unde philosophus.2.anime. Linguā tantum hꝫ homo: vt aliquid significet alteri. O mendax: qui cōtra mentē vadis. Mercator dicit rē esse vnꝰ bōitatis: quā scit nō ē veri. Sic caligariꝰ sic alij mercatores. Cōtra tales Dauid: clamat. Diminute sunt veritates a filijs hominum. Isa.59. Corruit veritas

in plateis: ⁊ facta ē in obliuionē. Et Iere. 9. Docuerūt linguā ſuam loqui mēdaciū. Oſe. 4. Nō eſt veritas in terra. Ubi ſunt qui hodie veritatē libere pronūciēt. Si de mēdacio fiere ⁊ mercātia fierent: ⁊ ſoluereſ gabella: fierēt in breui diuites dñi tpales. Quia maior eſt: qui ſit in mūdo. Ideo dauid. Cauta. Ego dixi in exceſſu meo ois hō mendax. Exēpluz in vitis patruz. de monacho qui deutone inuento cum ampullis. Mecū luquit porto vnguēta: vt hoies mentiri diuerſimode faciā Quidā vnā boſictā. Quidā vnā boſiā. Quidam boſiazt da lybra. Ubi pono hoc vitiuz poēs ſtat?

Secūdo ratiōe ⁊c. Omne qđ eſt cōtra diuinū preceptū. eſt peccatū grauiſſimū. Sz mendaciuz eſt cōtra octauū preceptū. Exodi 20. Nō loqueris cōtra proximū tuū. falſuz teſtimoniū: Et Exodi 23. Nō ſuſcipias vocē mendacij. Mēdaciuz fugies. Et Leui. 19. Nō mētiemini: nec decipiet vnuſquiſq̧ proximū ſuū. igiſ ⁊c. Non imerito q: deus hoc vitiuz ſumme deteſtaſ. Salo. in pūerbijs: Sex ſunt que odit deus ⁊ ſeptimū deteſtaſ: ſ. linguā mendacē. Primā ſenex fatuus. Secūduz pauper ſuperbus. Tertiū diues falax. Quartū ancilla que dominari voluerit. Quītū cū ſeruus regnarit. Sexto cū vxor domiari ceperit. Aſcultanno. Quella caſa nō mi piace: doue la gallia cāta el gallo tace. Septimū virtum mendacē. Unde ſm Thō. duo ſunt peccata grauia. Primū peccatū blaſfemie. Scđz mendacij. q: nullaz cām cōmittendi habet hō. Iō phs. 4. Ethi. Mendax eſt vituperandus. Et. 4. Top. c. 8: Per ſe mendaciū prauum: ⁊ fugiendū eſt. verū aūt ⁊ bonuz laudabile. Ad quod facit exemplūz de patrefamilias. De quo ponit Oroſius rome fuiſſe: qui habuit tres filios: vnū ſuperbū: aliū luxurioſuz: aliuz mendacē. Qui cum veniſſet ad mortē legauit ſuperbo vnā poſſeſſionez. luxurioſo vnā aliaz. mendaci nihil voluit fingere di. Quod ille erat indignus q: peccabat ex ꝓpria malitia. Ubi Tho. ⁊ Augu. ponit caſū: đ illo qui homicidio cōmiſſo fugit in domū alicuius vicini. Queritur ab officiali. Si eſt talis in domo? Utrum talis debeat mentiri pro huius vita: an nō? Dicunt q̄ .3. ſunt homini licita. Tacere veritatem. Nō dicere mendaciū. Et facere fictionē. Si aliter non poteſt: poti⁹ debet ſinere mori: q̄ᵛ mentiri: Qr vt dicitur extra de vſuris. c. ſuper eo. Non licet pro alterius vita facere mendaciū. Et. 3. ethi. dicit: Melius eſt mori q̄ facere contra bonū virtutis. Et Cicero de amicitia. Nulla eſt enim excuſatio: ſi amici cauſa peccaueris. Et 3. Para. Peccare certe nemini licet. Unde merito Augu. contra mendacium. d. Quod preceptū perfectorum eſt. non ſolum non

mentiri omnino:ſ3 nec velle mē tiri. Exemplum monachi patricij: qui dicebat iocoſum verbum eſſe quaſi mortale in ore chriſtiani. ¶ Tertio ratiōe ꝛc̄. In.3. anime dicit phy. Quod verum ꝛ falſum ſunt in intellectu. Et ſicut verum eſt bonū intellect⁹: ita falſum loqui: eſt malū ipſius. Intellectus autem hominis naturaliter vult affirmatiuam aut negatiuam concluſionem. Nec aliqs vult falſo decipi. ſiue fidelis ſiue paganus. Mendax autem facit contra hoc. Quia ſua falſitate vult obfuſcare intellectum hominis. Quod eſt graue peccatum. Vñ Alber. ſuper Luc. dicit. Quod nihil laudabilius poteſt dici de aliquo: ꝙ̄ talis ē verax. El ſo parlare da rc. Et nihil vituperabilius: ꝙ̄ iſte eſt mendax. Ubi dicit Anſel. Quod hoc peccatū adeo graue eſt. ꝙ ſ3 deus poſſit diſpenſare de multis preceptis: vt de furto. Non tamen poteſt de' mēdacio aut iocoſo aut officioſo aut perniſcioſo. quia ſit peccatum. Et ratio. Quia cum ſit veritas. Joan. x. Ego ſum veritas: contra ſe diceret. Quod eſt impoſſibile Apoſtolus. Fidelis eſt deus: qui ſeipſum negare non poteſt. Ad argumenta. Ad primū. De obſtetricibus heb. Reſpondeo ſecū dum dominicum Toloſanum. Quod non fuerunt premiate de mendacio ratione mendacij. Sz ratione timoris quem habuerūt nō occidendo pueros. Unde ſi gnanter dicitur. Quia timuerūt obſtetrices deū: edificauit eis domos. Sequens aūt mendacium non fuit meritoriū. Ad ſecundū. Reſpondeo. Ꝙ Abraā non eſt mētitus: nec Sarra. di. ſe eſſe ſororē ſuā. Quia ſoror dicebatur: que erat filia. Et tūc ipis: filie fratris dicebatur vxores. Ad illud de Jacob. Ego ſū inquit Eſau: vex dixit. Nā quis vltim⁹ fuerit egrediēdo: fuit tū pimus ꝯceptus in vtero. Cui vere pimogenita debebant. Quāuis Nicola⁹ ſup. 27. Gen. Et Bon. dicāt ꝙ venialr peccarūt iſti. Ad tertiū de opinione. Jo. Caſſia. Dic ꝙ a doctoribus reprobat illa opinio: p rōnes ſupradictas.

S Ecundū dī ꝛc̄. Mēdax aſſimilat trib⁹ generib⁹ pſonar: ſm doctores.

¶ Primo. Diabolo.

¶ Secundo. Jude.

¶ Tertio. Cayn.

¶ Primo ꝛc̄. Fuit eni primus inuentor mendacij: qui dixit Eue. Gen. 3. Nequaꝙ̄ moriemini. Sed mentitus eſt in caput ſuum. Ex quo ſequitur: ꝙ oēs mendaces ſunt filij diaboli. Jo. 8. Uos ex patre diabolo eſtis. Quod declarat di. Et deſideria patris veſtri vultis facer. ſ. opera eius: mētiendo. Quia vt dicit. Mendax eſt. ꝛ pater eius. Unde eſt pater mēdacij. Quia primus mētor. Ambro. 24. q. 5. c. Cauete fres mendaciū: qi omnes qui faciunt mendaciū: filij ſūt diaboli. In de

mone ſūt tres proprietates. Eſt ſuperbus. Eſt inuidus. Eſt mendax. Si ergo filij per imitationē filijs debetur hereditas prīs: ergo mendacibus filijs dyaboli debetur pēis. Sȝ que eſt? Rūdeo: Infernus. ꝛ ignis. Apoc. 21. mēdacibus pars eoꝝ i ſtagnū ignis ꝛ ſulphuris. ¶ Scđo iude aſſi. iudas. n. xp̄m vendidit iudeis. 30. denarijs. Mat. 26. Canta. Quid vultis mihi dare: ꝛ ego eū vobis tradā? Qui ergo dicit mendaciū: veritatē vendit: ꝛ per ꝯñs xp̄m. O quanti ſunt qui pro vno ſolido ſacramēta falſa accipiūt. ꝛ periuria cōmittunt. Totiēs veritatē vendūt. Ut pȝ per Hiero. xi. q. 3. c. Eſtimant. Contra quos 1. ethi. phs. Duobus exiſtentibꝰ amicis. ſanctū ē honorare veritatem. Cum quo eſt Cicero lib. de amicitia. vbi voluit veritatem anteponi amicitie. Nec mirū qꝛ veritas eſt opus ſpiritus ſancti. Unde Eccleſia. 37. Ante omnia opera: verbū verax precedat te. Ideo Tho. 22. q. 58. ar. 4. Qđ veritas eſt tante efficacie: ꝙ nūq̄ꝫ debet pretermitti. O pater egre ferent. Nō cures. Qꝛ dr̄ extra de re. iur. in. 6. Et Augu. lib. de libero arbitrio. Si đ veritate ſcādalum naſcitur. vtilius ſcandalū naſci permittitur: q̄ꝫ veritas relinquitur. Imperoche. 2. de trinitate. dicit Auguſtinus. Incomparabiliter pulchrior eſt veritas chriſtianoꝝ: q̄ꝫ Helena grecorūꝫ. De helena narrat hiſtorie. Qđ cum Paris duxiſſet eā in Troyam: pre ſua pulchritudine grecis raptam: greci enim. M. cc. nauibus Troyam venerunt: obſederuntq; eam annis. x. Tandē funditus eam euerterunt. deleuerunt. Unde Troya vaſtata fuit ob mulierem. Debet ergo veritas anteponi omnibus rebus: quia pulchrior res mundi ꝛ omnibus placet. Ariſto. pº. Ethi. Omnia vero conſonant. Ad qđ fac̄ figura. 2. Eſd. 3. ꝛ. 4. c. Quomodo ſecretarij regis diſputauerunt in conuiuio hanc concluſionem: Quid eſſet in mundo fortius? Aſſferunt quatuor qui omnes ſunt videre dixerunt. Primus dixit. ꝙ vinum eſt fortius omnibus rebus mundi: quia facit per talenta. De quo Prouer. 31. Nullum eſt ibi ſecretum vbi regnat ebrietas. Ex eo qꝛ hoīeȝ totū letificat ꝑs. Uinū letificat ꝛc̄. Si vis a ꝑncipe grāȝ pete ſtomaco ꝑus ꝯfortato: qn̄ ꝯfortatur beſtiū. Sine vino: nil: il fit. Uñ cōmunit amicus inuitat aliū ad bibēdū. Et cōmunit dr̄. Talis tabernariꝰ hȝ bonū vinū. Et Theotonici dnt. Al mōtefiaſcon ſtar bō vin. 2º dixit ꝙ Rex: q̄ vnū ſuſpēdit. ꝙ aliū liberat. 3º dixit ꝙ mulier. Quia omnes ſtatus propter illam ſe mantengano ꝛ exerecitur. Speciarij faciendo vnguenta. Sutores ſcarpas rubras. Sartores veſtes ſfoȝatas. Barberos peruchas iuuentibus: qui apperent poltrones: ni-

ſi eſſent mulieres. Preterea ipſe ſe aſsimilat oſtendendo illis mamillas nudas. brachia ⁊ ſpallas. vbera. Che ge mancha? 4ᵘˢ q fuit Zorobabel qd erat veritas. De qua Acc. j. Forte vinuz. fortis rex. fortis mulier. ſz ſup omnia veritas vincit. Sed hec non inuenitur inter homines. Jere. 8. A propheta vſqz ad ſacerdotem cuncti faciunt mendaciũ. Ad qd facit figura de Filerlic: qui dicebatur amator veritatis. Qui in ſilua qdã veritatem reppgit: quaz cõduxit p omnes ſtatus totã lachrimoſã: vt ſi locũ inueniſſ poſſet. Primo cõduxit ad aduocatos ⁊ procuratores: quos reppit vacuos omni veritate pp̃ter pecuniã. xj. q. 3. c. Qui recte. Acceptatio munerũ: puaricatio veritatis ẽ. Et .c. Pauper. Cito violatur auro iuſtitia. Vñ facecia obſeruãda eſt talibus de vidua q̃ p̃tori cãz ſue litis cõmẽdauit. cui vas olei dedit in donũ: nõ hñs aliud ad dandũ. Alius aũt diues: porcũ p̃tori donauit. Qd audiẽs mulier. in mane cũ ſnia dari debebat: ſecũ portauit vñ ſuum lapidẽ. Et ſedẽs p tribunali p̃tor: vidua ſub vello lapidẽ monebat. Credẽs p̃tor eẽ argẽtũ: p vidua ſniaz dedit. Pretor petijt p̃ciuz. Vidua r̃ndit eẽ lapidẽ: quo peutere eũ volebat: ſi ↄtra ipaz ſniaz dabat. Scdo ad dños ipales. De quibus .2j. q. 5. Regũ pp̃rie ẽ facere iuſtitiã. Sz ↄtra Iſa. j. p̃ici pes tui iſideles: ſocij furũ. Tertio ad ciues q debẽt eẽ benigni, amatores pauperũ. Deut. 15. iõ p̃cipio tibi: vt aperias manũ fratri tuo egeno ⁊ paupi q̃ tecũ verſatur in terra. Et di. 47. c. Sicut ij Eſurientiũ panis ẽ quẽ tu detines nudoꝝ indumẽtũ eſt qd tu recludis: ⁊ miſeroꝝ redẽptio ẽ ⁊ abſolutio pecunia: q̃ tu in terra effodis. Tãtoꝝ te et go ſcias inuadere bona quãtis poſſes p̃ſtare. Sed ↄtra prouer. xj. Qui abſcõdit frumẽta: maledicetur i populis: bñdictio aũt ſup caput vẽdentiũ. Quarto. Ad omnes artes qui pleni ſunt periurijs. mendatijs. Quito ad paupes q ſũt blaſfemi. quando ſal. o'cum ligna. fatinã nõ hñt: qui merito minuũt paupertatẽ. Sexto. Ad ruſticos: quos reperit latrões ⁊ imbutos blaſfemijs. ⁊ oibus vitijs. Septimo. Ad clerum: quem reppetit omni virtute priuatum. Altaria nigra. eccleſiam male officiatã. tenentes concubinas. Octauo Ad moniales conuentuales. que habẽt filios ſpurios. Nono. Ad mulieres viduas. cõiugatas. virgines. quas repperit plenas vanitate. Quod bñ Bernardus innuit. dicens. Receſſit cuſtodia a p̃latis. deuotio a religioſis reuerentia a ſubditis. cõſiliũ a ſenibus. lex a ſacerdotibus. iuſtitia a rectoribus. equitas a iudicibus. comitas a ciuibus. veritas a mercatoribus. charitas a mundo. Ille. Vnde reuerſa eſt ad ſiluas. Ideo clama. Vbi eſt

veritas? Mediolāi? Jāue? Ven? Discurre per omnes ꝓuincias. Nō vere. Sed ſtat ali boſchi. Alt ſelut. ¶ Tertio. Aſſi. ꝛc. Qui fuſit primus homo inuentor mendacij. Gen. 4. Cum interrogaret a deo: Ubi eſt Abel frater tuus? Neſcio inqt domine. Unde menritus eſt. Et hoc mendaces ſibi aſſimilantur. Quia ſicut ipſe reprobus factus eſt. ⁊ ipſi.

Tertium principale ꝛc. Scdm doc. duplex ē. Una punitio temporalis. Alia in futuro. que eſt ſpiritualis: Prima in rebus. Quia mentiuntur omnia mendaci. Poſſeſſio enim nō redditu ciui ⁊ ruſtico: vt reddere ſolebat. Oſe. 9. Arca ⁊ torcular. non paſcet eos: vinum mentietur eis. Et. 4. c. Mendacium ⁊ maledictū inundauerunt. propter hoc lugebit terra ſcilicet ſterilitatem. Prattica. O pater dicit caligarius. Uado ad hoſpitale: quia ars mea nihil valz: ſicut ars ſolebat. Scis q̄re: Quia mentiris arti: ⁊ ars mētit tibi. Sic dico de alijs. Nā hodie cum mille mendacijs periurijs. ⁊ fraudibus. artes exercentur. Ideo ⁊ Ariſto. dicebat Quid lucrantur mendaces? Rūdit. vt quando vera dicūt: nec eis credatur. Secūdo punit mendax i perſona. In. 6. lib. hiſtorie ſco. Tres falſi teſtes inſurrexerūt cōtra Narciſum epiſcopuz Hieroſolymitanum affirmantes ſub iuramēto de infamia ſui. Quorz vnus dixit. Si ſic non eſt: poſſim igne conſumi. Alius: poſſim cadere morbo caduco. Terti⁹ poſſim priuari lumine. Quod factū eſt. Sāctus vero cuius honeſtas nota erat. i deſtis locis ſuis. bono ſine geuit. Preterea: Ad idez. 2. Re. 21. ⁊ Joſue. 9. ſcribit. Quod Jebuſei. ethei. pherezei. cananei. Congregati ſunt vt pugnarent contra iſrael. Gabaonite autem timentes bellum: occulte venerunt ad Joſue. ⁊ dixerunt. Audiuimus famam tue potentiam. Unde pacem tecum volumus. Joſue autem iurauit fidelitatem ⁊ quod aliquod malum non paterentur. Joſue. autez mouens caſtra. cōtra has nationes venerūt in gabaon. nec eos tetigerunt ratione iuramēti. Saul autem cuz regnaret in hieruſalez. Plures de gabaonitis necauit. contra iuramentum Joſue: Quia igitur hoc peccatuz erat omnibus notorium. ideo debuit publice puniri. Dauid Sauli ſucceſſit. Sz ga Dd in tota vita ſua ſemper piꝰ fuit ⁊ negligēs circa punitionem huiꝰ homicidij. Secuta ē diuina vltio cogēs ipſuz ad vltionez de hoc peccato. Nā tribꝰ annis fuit fames in iſrael. Dauid conſuluit dñm. Cui dñs. Propter Saul ⁊ domuz illius: hoc fecit. Nā occidit gabaonitas cōtra iuramentū Joſue. Uocatis ergo gabaonitis rex Dauid. di. Quid faciā vobis: Reſpondit: Uir qui nos ⁊ noſtros occidit, nō punitus fuit. Dentur

nobis ergo. 7. viri de filijs eius vt ponant in furca. Quod fecit. & ſuſpēdit. 7. viros de domo Saul: & p dies aliquod ſteterunt ibi epicati. Sz ain cara. Querit dubi-tatiq habēs bibliā in domo. Videt q Dauid fecerit contra pceptum Deute. 21. Vbi dicit. Cū morti adiudicatus & poſitus in patibu-lo. deponat eadē die. & tumulet. Rńdeo. Cū illud erat ſtādū de lege cōmuni. Sz in hoc facto ſin-it ſpecialiter reuelatū Nathan p-phe. & p Nathā Dauid intimatū. Cū voluntas dei erat remanerēt in patibulis. in ſignum grauitatis peccati mēdacij & iuramētl nō ſer-uati. Alia ē punitio ſpiritualis. ſu-per alias. Qz mendaces damnan-tur. Prouer. 19. Teſtis mendax peribit. Et. 23. q. 2. c. Primum. Et ē Aug. Ad ſalutē ſempiternā nullus ducēdus ē opitulāte men-dacio. Et de Anna & Saphira: qr ſunt mētite Petro: terra eas vi-uas abſorbuit.

¶ Feria. 6. prime hebdomade. De peccato ſuſpitionis vel de iu-dicio temerario.

Ecce ſanus fa-ctus es. iam āplius noli peccar. Jo. 5. c. ¶ Cū eēt feſtū penth. dn̄s ad illud iuit. Scd̄z Nicolaū d̄ lira. Judei tria pricipalia feſta habebāt. Primo feſtū paſce. Scd̄o feſtū tabernacu-loꝝ. Tertio feſtū penthe. i exodo 23. preceptū fuit vt oēs maſculi preſentarēnr ad hec feſta: Ad fe-ſtū iſtud penthe. erat xp̄s. Qui erat circa tēplum. iuxta qd̄ erat q̄-dam ꝯgregatio aquaꝝ que dice-batur probatica piſcina. A proba ton: q eſt aqua ouis. Qz oues q̄ deo immolabantur ibidē lauaban-tur. Piſcina dicebatur p contra-rium: quia carebat piſcibus. Ibi-dem aūt erat quq; porticus: in q-bus multi egroti iacebant. Qui expectabant aque motū: qui fie-bat per angelū. Chriſtus igit vt bonus filius: ſepe ibat ad tēpluz. Et dum eſſet ibi. inuenit vnum infirmum: qui annis. 38. fuit ibi infirmus. Cui dn̄s. Vis ſan⁹ fie-ri? Reſpondit ille. Dn̄e hoiem non hēo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piſcinā. Qr. ſ. qui prior deſcendebat in aquam ſanabatur. Scd̄m Chriſoſtomū. Aqua iſta virtutem habebat a tri-bus. Primo ab hoſtijs ſacra-tis: que ibi lauabātur. poſtea deo ſacrificabant. Scd̄o a ligno crucis. Vt dicit in hiſtoria ſcola. Regina ſabba vidit in viridario Salomonis lignū quoddam. de quo dixit Salomoni q i ipſo de-bebat poni deus nature: p cuius mortem regnum iudeorum de-leri debebat. Unde rex fecit illō abſcondi in viſceribus terre: vbi probatica piſcina poſtmodum fa-cta eſt. Tempore vero paſſionis. lignum hoc enatauit. Tertio ha-bebat virtutem a motu ange-li deſcendētis. Sequit tolle ingt

dormiuis grabatū tuū. ⁊ ambula. Grabatū .i. portatilē lectum. Mirabant iudei ꝙ hominē ſanū feciſſet in ſabbato. Qꝛ Exo. 20. Opꝰ ſeruile nō facietis in eo. Inuenit autem poſtea eum in templo. Et dixit ei ieſus. Ecce ſanus factus es: iā noli peccare: ne deterius tibi aliqd ↄtingat. In quo dabat intelligi ꝙ illa īfirmitas ei euenerat ꝓpter peccatū ſuū. Nā ſepe accidit ꝓꝑ peccata hominis. Eccleſiaſtici. 7. Noli facere mala ⁊ nō te apprehendēt. Applica De peccato ſuſpitionis hodie loquemur. Ubi tria ſunt vidēda.

¶ Primum. dicit diffinitionis.
¶ Scdm. dicit maliginationis.
¶ Tertium. dicitur punitionis.

PRimū dicit. ⁊c. Tho. 22. q. 60. ar. 2. Et in 3. par. q. 59. ar. 1. In 4. diſt. 19. ar. 2. Iudiciū temerariū: eſt falſa determinatio rationis de malitia ꝓximi: procedēs ex leuibus ſignis. Sed pro maiori declaratione: eſt notandū ſm Tho. vbi ſupra. Et Aug. de verbis domini in mōte. Quod operationes hominis ſunt in triplici ſpecie ⁊ differentia.

Quedā ſunt expreſſe male.
Quedā ſūt male ſed nō expreſſe.
Quedam ſunt expreſſe bone.

Quedā expreſſe male. vt deum blaſfemare. vſuras dare. hominē occidere. fornicari. ⁊ huiuſmodi. Talia iudicare nō ē peccatū. Unde Aug. De apertis que bono animo fieri nō poſſunt: vt ſupra ⁊ blaſfemie. ꝑmittit nobis iudicari ⁊. Extra de reg. iur. lib. 6. c. Eſtote miſericordes. Nā enī ſcriptū ē A fructibus eorum cognoſcetis eos: de manifeſtis dictum eſt que nō poſſunt fieri ī bono animo: vt ſupra blaſfemie. furta. ebrietates. de quibus permittit nobis iudicari. Et Alex. de aleis. 2. par. ſum. De manifeſtis poteſt fieri iudiciū. Qꝛ: vt dicit philoſophus. pꝰ. Ethi. Uniuſqſqȝ bene iudicat: q̄ cognoſcit. Unde patet: ꝙ iudicare de aptis q̄ ſunt mala nō eſt peccatū. Quedā ſūt male: ſed nō expreſſe. Sed tamē ſunt ſigna ⁊ cōiecture ꝓbabiles. Talia iudicare nō eſt peccatū. Ut cū vides aliquē fornicatorē loquētē cū mulierē in loco nō apto. Aut nudū cū nuda ⁊ ſolū cū ſola. Aut aliquē in ꝓſtibulo: ⁊ huiōi. Talia iudicare de malo nō ē peccatū ꝓꝑ ſigna aperta. que nō ſunt bona. Ad hoc ꝓpoſitū dixit chriſtus apoſtolis ſuis. A fructibꝰ eorum ſcilicet malis: cognoſcetis eos. In hūc modū Salomō recte iudicauit duas meretrices. 3. Reg. 3. que eſſet vera ⁊ nō ficta mater. In hoc ꝙ vbi deficiebat humana ꝓbatio ſapiēter recurrit ad ſigna. ſcilicet ad inclinationē naturalē. Qꝛ vera mater naturaliter afficit ad filiū. Unde phūs. 8. Pol. Generātis ad genitū naturaliter eſt amicitia. Unde patet.

Quedā ſūt expreſſe bone. Sȝ tamen poſſunt fieri bono animo: ⁊ malo animo. Temere iudicare

de malo nisi videatur oppositū: est peccatū. Exempli gratia. Talis ad ecclesiā pergit. Dicis cū amico tuo. O cōpagno: putas q̄ ille velit orare? Non vere: sed vt moroset talē mulierē. Aut alius loquitur cū muliere. In mente tua suspicaris malum. Aut talis dat elemosinā: dicis q̄ dat ex vanagloria. Talia sunt mortalia: q̄a nō sunt aperta mala. Cōtra tales xp̄s. Math. 7. Nolite iudicare. ꝛ nō iudicabimini. Et Ber. Noli esse aliene vite: aut temerarius iudex: aut curiosus explorator. Explorādo illū: quo vadit: quo tendit: vn de venit. Uala che vegno. A dese de agosto in su la piaza de bergamo. O quot sunt de istis qui sunt nimis faciles ad iudicādū alios: ꝛ puertendū omnia in malā partē. Contra tales clamat Canonista .xi. q. 3. c. Graue satis ē: vtin re dubia: certa detur sentētia. Et .30. q. 5. Incerta nullatenus iudicemus. quoadusq̄ veniat dn̄s. qui latentia producat in lucē. Et di. 33. c. Habuisse. In rebus aūt igitis: absolutū non debet esse iudiciū. Et Aug. in sermone dn̄i in monte. Et si suspitiones vitare nō possumus: q̄r homines sumus. diffinitiuas tn̄ sententias cohibere debemus. Ille. Un̄ legit in vitis patrū. Q̄d fr̄es interrogāt abbatē Pastorē. d. Si videmus peccātē fratrē nostrū: arguemus eū? Respondit. Nisi oculis apertis videritis ꝛ manibus palpaueritis, nolite iudicare: quia quidā de nostris aliquando deceptus est. In hac causa. O verbum mirabile. Et de. b. Dominico legit. Qui dixit cuidam scolari: qui erat procliuis ad iudicandum. Fili mi. omnia in meliorē partē interpreteris si vis iuste viuere. ꝛ cum deo recte ambulare. Ideo Glo. super illud. Ro. 14. Qui nō manducat māducantem non iudicet. Dubia sunt in meliorem partem interpretanda. Et tunc homo nō potest errare: cū non videat aperte malum proximi sui. In quibus verbis: merito querit dubiū. Quare vnusquisq̄ de alijs faciliter malum iudicat? Respondet Th. 22. q. vbi supra. a. 3. q̄ a tribus causis.

¶ Primo a propria malitia.

¶ Secundo ex inimicitia.

¶ Tertio ex longa experientia.

¶ Primo est ꝛc. Ex hoc eniꝫ q̄ aliquis est in se malus. ꝛ cōscius propter malitie: faciliter de alio male opinat. Un̄ ecclesiastes. 3. c. Stultus. i. peccator in via ambulans: cū sit ipse insipiens. oēs estimat insipientes: Auarus: q̄ non viuit in domo cum filijs da homo da bene: faciliter estimat alios sic esse. Sic cōcubinarius. estimat alios sic eē: Sic gulosus. Un̄ de Aug. in expositione psal. Homo enim procliuius suspicatur in alio: q̄d sentit in seipso. Et Sen. in libro de moribus. Hoc habet omnis affectus: vt in quo ipse insanit: in id putet ceteros furere. Et phs. 4. Ethi. Qual' vnusq̄sq̄

eſt: taſſa dicit & talia operaſ. & tali
ter viuit. Ex propria ergo mali
tia prouenit iudiciū temerarium.
Unde in vitis patrum noſtrorū
dixit quidā ſcolaris magiſtro Jor
dano: dum p̄dicaret Uercellis.
Cur pater: ita facile iudico malū
de proximo meo: Reſpōdit pater.
Quia malus es. A propria mali
tia puenit iudiciū temerarium.
Hoc autē vitio: ſolent laborare
ſeculares. qui ſubtiliter mala de
religioſis iudicāt: & ſubtiliter q̄
runt facta aliorū. & dānant: cū ſint
mali. Et ſi peccatū aliquod ve
niale i eis viderint ſpernunt eos.
malos reputant detrahunt eis.
Dicere ſolent. Credimus q̄ te
neat caſtitatem? Uere nō. Quare
habes hanc opinionem? Or ſey
de la condition del cardilino. i. el
porco. Unde quādo p̄go domū
aliquorū zelotiporū ſecularīu: nō
mi baſta lanimo apire oculos: ne
dicāt aliquod malū. Or ſūt pni
ad iudicandū. prouenit ex inimi
citia. Cum quis odit aliquem: fa
cile ſuſpicatur malum de eo. Un
de philoſophus. p°. Rhe. Amor
& odium: ſepe faciunt iudicium
non cognoſcere. Et Creſo. Per
fectus amor. & perfectum odiū:
rectū iudiciū nō cognoſcit. Exē
pli grā. Diligis vxorē amorē ma
teſco: n ciuadio. E la fa q̄llo ch nō
debe. Tu ne ſey auiſato. Nō cre
dis. O pr̄ nel miel dire. Ueſt ē
bōa. Excepto da q̄llo i foro. Or
ē meretrix. Amor & odiū &c. Sic
dico d̄ filia. Sic d̄ filio tuo. amor
& odium &c. Unde apud roma
nos: cecus depingebatur. Et p̄
oppoſitū. Odiū. Quare nō cre
dis de amico tuo? Quia in odio
ipſū habes. Non me dite del ta
le: q: eſt vnus poltronus. Exem
plo patet. i. Re. 17. De Jonata cū
diceret Sauli patri ſuo oīa bona
de Dd nō credebat: q: ipſum in
odio habebat. Unde Sen. Q̄
nimis volunt miſeri: hoc facile
credunt. Et eſt graue peccatum.
quia eſt contra charitatem proxi
mi. Apoſtolus. i. Corin. 13. Cha
ritas non cogitat malum. Si vi
det aliquē loquentem: non cogi
tat malum. ſi comedentem. ſi ri
dentem. In omnibus potius bo
num: q̄ malum cogitat. Ter
tio procedit &c. Commentator
ſuper. 3. celi & mūdi. dicit q̄ tria
fecerunt errare Auicennā. Pri
mū ignorantia logice: q̄ eſt cā oīum
malorū: iuxta illō Diſ. 86. Igno
rantia mr̄ eſt oīum delictorū. Secū
dū cōfidentia proprii ingenij: q̄ eſt
multū piculoſa. Sūt q̄daz qui da
rēt legē ſāctis paradiſi: q̄ nimis
cōfidūt d̄ ſeipſis. O pr̄. n pilliari la
p̄ie. la va coſi. Ego ſcio quid lo
quor. Indigeo adiutorio. nō cōſi
lio. Contra tales Prouer. 25. c.
Cauſā tuā tracta cū amico tuo.
Et Sen. Omnia cū cōſilio agē
da ſūt. Tertia lōga experientia. Ex
hoc ſenes ſunt ſuſpitioſi. In. 2.
Rhe. Senes ſūt cacogeo. Eſt. n.
cacogia: in deteriꝰ oīa eſtimare.
Sūt eni maxime ſuſpitioſi. eo q̄
multotiēs ſūt experti aliorū de

ſectus. Unde quando vident aliquid: facile ſuſpicantur malum potius ꝙ̃ bonum: qꝛ plura viderunt ⁊ recordantur. Del ſignor Pandulfo. Del Conto cremignoli. Del Cōto borrella. Del ſignor Roberto. De Cabꝛiſondul. De Brazo da poſa. De Zani dala tela. De Salcibagio. Unū mai non ſuſpicamur. Quod non eſt ſine peccato: niſi videant oculo ad oculum. Auicēna ergo erauit in hoc. Quia ex multo tempore voluit facere concluſionem ex multis practicis. Adio mi guarda d medici: q ſe lū ex practica iudicant. Dicitur ꝙ iſti deſtruunt mundū. Recipe medicorū. Cetera notarioꝝ. Dico vobis: religioſorum: deſtruunt mūdū. Aſculan⁹ lib. 2. Cāta verſū. Nō iudicar mai: ſe tu no n̄ vedi. E nō ſarai ingannato: ſe q̄ſto credi. Et ſic pꝫ primum myſterium.

Secundū principale ⁊c. Secūdū doctores quatuor ſunt malignitates huius vitij peſſimi.

¶ Prima. dr̄ preſumptionis.
¶ Seda. dicitur infamationis.
¶ Tertia. dr̄ obſtinationis.
¶ Quarta. dicitur uſurpationis.

¶ Prima dr̄. Maxima pſumptio illius ē. q negligit pctā ſua ⁊ aliēa cōdēnat. Tales ſpernūt lectionē ꝓprie ꝯſcie: ⁊ alienę itendūt. A tergo ponūt ꝓpria: ēn oculos ꝓprios aliēa. De iſtis dicit Seń. Aliena vitia ī oculos habem⁹: a tergo āt nr̄a. Nō ē ſignū maxime ſtultitie. Unū Tullius. 3. li. Tuſ. Propriū ſtultitie ē. alioꝝ vitia cernere: ſuoꝝ obliuiſci: Et Chriſo. ſup Mat. In alienis dlictis: ſeueri ⁊ amari iudices ſum⁹. Nō cōtra xp̄s: Mat. 7. Quid tu vides feſtucā in oculo fratris tui, ⁊ trabē in oculo tuo nō ꝯſideras? In hui⁹ figurā Jo. 8. legit d adultera. q̄ a iudeis accuſata fuit. Magr̄ qd dicis? Hec āt cecidit in adulterio. Cogitabāt. n. infra ſe. Si dic ē lapidādā. O beate leges. Et xp̄s ſe iclinās: ſcribebat ī tra. Quid ſcriberet: triplex eſt opinio. Una ē Aug. ꝙ ſcripſit illud quod voce expreſſit. Qui ſine peccato ⁊c. Alia ē Amb. Terra autem terram accuſat. Tertia eſt Bede. Quod eorum peccata ſcribebat ī terra: ita vt vnuſquiſq; videndo peccata ſua: ibant vnus poſt aliū. Dans intelligi ꝙ antequā iudicemus ꝓximū nr̄m: prius noſipſos corrigamus. Sed heu qꝛ nihil fit. Unde in vitis patrum. legitur de quodam monacho: qui in capitulo ſportellā plenam lapidibus tulit. ⁊ poſuit ante ſe ⁊ ſaccum plenum arena poſt tergum. Interrogatus autem a fratribus. Reſpondit. Saccus arena plenus: ſunt pctā nr̄a q̄ poſui poſt tergum: ne illa videam. Sportella aūt lapidibus plena q̄ eſt ante me: ſunt peccata proximi mei: que plus intueor ꝙ̃ mea. O quot ſunt de iſtis. Sed audiāt tales: illud quod ſcriptum eſt. 2. Thimo. 3. Attēde tibi. O com-

pagus. attende tibi. Pratica ſu
per oēs ſtatus. ¶ Secunda mali
gnitas ꝛc. Ex hoc .ii. ꝙ hō habet
malam opinionem de primo. ipm
infamat: detrahit. Quare o ri
baldōe: laceras famā ꝓximi tui?
Et ipſuȝ nō diligis: ꝛ de eo ma
le opinaris. Et ex hoc ↄcludunt
Theologi. ꝙ iudiciū temerariū
ꝛ ſuſpitioſum: ē mortale ꝛ gra
uiſſimū peccatū: q2 aufert illud
quo nihil eſt melius. ſ. honorem
ꝛ famam. Eccleſiaſtici. 41. Curā
habe de bono noīe. Prouer. 21.
Melius ē nomē bonū. ꝙ̄ diui
tie multe. In. 4. Ethi. Maxiȝ
bonū exterioꝝ: ē honor. In lib.
Icono. Multo grauius fert ali
quis. ſi honore ꝑuetur: ꝙ̄ ſi bōa
ſua auferātur. Sed hoc bonū au
fert ſuſpitioſus. Cōtra tales apo
ſtolus Ro. i. Detractores deo
odibiles. Uis agere rem grauiſſi
mam deo. o citadio. o artesano. o
religioſo? O pater ita. Iudica
oia in meliorem partem. Exem
plū. b. Bernar. de quinta valle q
fuit primus ſocius ſancti Franci
ſci. Cū frater leo infirmaretur in
loco ſancte Marie de Angelis.
Uidit in viſionem multitudinē
fratrū incedentium ꝓceſſionali
ter: inter quos vnuȝ vidit. a cuiꝰ
oculis exibant fulgura. Querēs
āt ab eo qui oñdebat ei hanc vi
ſioneȝ. quis eſſet ille cuius oculi
ita ſplēdebāt lucidiſſimi. Audiuit
ꝙ erat Bernar. q ſemꝑ de hiis q̇
videbat in melius iudicabat. Si
videbat aliqueȝ bene indutum:
aiebat. Forte ꝙ ſubtus hȝ cilici
um. Si comedentem forte ꝙ in
diget. Oia in meliorem partem
interpretatus eſt. ¶ Tertia dicit
ꝛc. Sunt quidā ita aſſueti: vt ſꝑ
oia in peiorem partē interpreten
tur facta proximi. Criſoſto. ſuꝑ
Mat. Sunt qdam peruerſi: qui
de oibus mala iudicant. Siquis
ſtudet ꝛ humilitati vacat: hypo
crita eſt. Si recreationi: guloſus
eſt. Si ſocietati: ſecularis eſt. Si
ſimplicitati fatuus eſt. Si aliorū
correctioni preſumptuoſus eſt.
Si ſilentio ꝛ paci: ſimulator eſt.
Ille. Et Pius papa epiſcopus
ſeruus ſeruoꝝ dei. Chariſſimo
in xp̄o filio Ludouico francoruȝ
regi illuſtri: ſalutē ꝛ apoſtolicaȝ
benedic. Multi ſunt hoīes adeo
maligni vt oēs cogitationes eo
rum in malū vergāt. neqȝ hoīes
vereātur nec deū: qbus mentiri
ꝓnum. Ille. O peruerſitas mor
taliuȝ oia in malā partē vertūt.
In vitis patrū legit. Qḋ quidā
ſenior de patribus equitabat aſi
num ſuū. Filiuſqȝ ſuus paruus
pedeſter ſequebatur. Obuiātes
ei quidā: dixerūt ad inuicē. Iſte
ſenex equitat. ꝛ fecit pueꝝ pede
ſtrem ire. Deſcēdens fecit pueꝝ
ire ſuꝑ aſinum. Obuiātes alij. d.
O ꝙ̄ fatuus eſt iſte hō. Uadit pe
deſter. ꝛ iuuenis equeſter: cuȝ ſit
fortior eo. Tunc aſcenderūt am
bo ſuꝑ aſinum. Obuiātes alij. d.
Fatui ſunt hi. qui aſinum interfi
ciunt ambo. Tunc deſcenderūt.
ꝛ nullus eoꝝ equitauit. Obuiāt

alij.v. Fatuitas maxima iſtorū: qui ducūt aſinum vacuū. Tūc ambo portauerūt aſinū. Obuiauerunt quidā dicentes. O q̄ fatui ſunt iſti: qui aſinū portant. Tunc ait filio ſenex. Fili mi: qualitercunq̄ nos habeamus: homines obloquūtur ſemp. Nō eſt curandū de verbis garruloꝝ: faciamus debitū noſtrū. E laſſiamo dir chi vole. q̄ non poſſumus ligar la lingua ꝛc.

¶ Quarta dicitur ꝛc. Que temerarius vſurpat: qđ eſt ꝓprium dei. Quinq̄ ſibi reſeruat deus. Primo potentiā creandi. ps. Terrā ꝛ mare tu creaſti. Secundo veritatē finalis iudicij. Act. 1. Domine ſi in tpe hoc reſtitues regnū iſrael? Rūdit eis. Non ē veſtrū ſcire tpa vel momenta que pater poſuit in ſua ptāte. Tertio gloriā ꝓpriam. Iſa. 48. Gloriā meam alteri non dabo. Quarto reſeruat ſibi vindictam iniurie. Deute. 32. Mihi vindictam: ꝛ ego retribuā. Quinto iudicium de occultis. Io. 5. Pr̄ dedit filio iudicium facere. Immo. vt dicit Tho. 1. par. q. 58. ar. 4. Nō nec virgo: nec aliquis ſanctus poteſt cognoſcere cor hoīs: niſi ſolꝰ deus. Iere. 17. Prauū eſt cor hominis ꝛ inſcrutabile. Et quis cognoſcet illd? Ego deus ſcrutās renes ꝛ corda. Et diſ. 32. c. Erubeſcāt. Secretoꝝ cognitor deus ꝛ iudex eſt. Et cū ſit. q̄ ſuſpitioſus vult iudicare ſibi ignota: ꝛ quod eſt proprium dei vſurpare. Iō mortaliſſime peccat. Vn̄ Robertus olchot. ſuper Sap. dicit q̄ ſuſpitioſus aſſimilat Lupo. Et dicit q̄ leo rex aialium fecit capl'm vbi aderant oīa animalia. Venit gatta dicens culpā ſuam. Pr̄ dico meam culpā: q̄ ſepe comedi de pignata dn̄e nr̄e. Rūdit leo. Bene feciſti. Ch colpa ga la gatta ꝛc. Venit cāis. Pr̄ comedi morſellum panis domini mei. Et aliq̄ſi carnes portaui abſtuli. Sed pniam egi. q̄ me pcuſſit. Rūdit leo: Satis eſt. Venit gallina. Domine mi: ſepe io imbrataui la cha. Ex hoc dn̄a mea clamabat. So via in nomie diaboli. Sȝ penitētiam egi: quia collū abſtrahit. ex quo fiunt bona in cacabo. Venit lupus. O pater comedi aſinū pauperis. Sȝ hoc egi q̄ magna eſurie afficiebat. Rūdit leo: Eſt tibi naturale. Et phs. 2. Ethi. In naturalibus neq̄ meremur: neq̄ demeremur. Venit aſinus. O pat̄ ſepe comedi modicū feni. q̄n currꝰ veniebat in caſtrum. Clamauit leo. Percutiatur. ꝛ ſic ab oībus fuit flagellatus. Eſopus. Nam cribella facit ꝛ tympana pellis aſelli. Vn̄ quidam dixit. A falſo iudice. lupus de magnis peccatis iuſtificat: ꝛ aſinus innocens. de minimis ꝯdemnat. Ad ꝓpoſitū. Ita facit ſuſpicioſus de magnis peccatis ſuis ſe iuſtificat: ꝛ ſuū ꝓximum acriter cōdemnat. O ꝑuerſitas mortalium. In vitis patrum. Cum abbas Iſaac viſitaſſet cenobium: ꝛ inueniſſet fratrē

quedam negligentẽ, expulit eũ. Cumq; regrederet ad habitaculum ſuum angelus ad oſtiũ celle aſtiſt. d. Non te premitto ingredi. Cum cãm quereret. Rñdit. Deus me miſit vt dicã tibi. Ubi vis mittam fratrem: q pec cauit? Audiens ſenex petijt veniam. Cui angelus. Caue ne de cetero quẽq; iudices: anteq̃ deus illum. Et ſic pz ſcdm myſteriuz.

Tertium principale ꝛc. Duplex punitio: Una temporalis. De qua 2. Re. x. Mortuo Amon rege. ſucceſſit filius eius Anon pro eo. Rex Dauid miſit nuncios cũ barbis prolixis. Secretarij aũt regis temerarie iudicantes dixerunt. Putas rex noſter: q Dauid nuncios miſit ad conſolandum te? Non vere: ſed vt exploret patriam tuã. Amon rex precidit barbã eorum: Reuertẽtes nuncij Dauid ad eũ, videnſq; ſic nuncios ſuos. iratus inſtruxit exercitũ: ꝛ deſtruxit oẽs illos populos? Unde hoc malũ: venit de temerario iudicio. Secunda punitio eſt ſpiritualis. De qua ps. 49. Sedens aduer ſus fratrem tuũ loquebaris. Sequitur punitio. Arguã te: ꝛ ſtatuam cõtra faciem tuã. ſ. conſciẽtie. Exemplum Franciſci. Interrogauit demonẽ: qui plus dãnabantur? Rñdit. Nos homies iudicantes falſe. Nã per hoc proximum infamant: nec reſtituunt poſtea. Glo. Hoc vicio periclitatur totum genus humanũ. Facecia de duobus cõuentualibus exiſtentibus in balneis ꝛ confitẽtibus mutuo. Unus illorum. d. Judicam te ꝛ religionem tuam. Reſpondit alter. Idem facimꝰ de vobis. Tu de me: ꝛ ego õ te dico malum ꝛ iudico. Et ſic oẽs ad infernum imus.

¶ In ſecundo ſabbato quadrageſime. Quod Maria eſt aduocata noſtra.

Surgite nolite timere. Mat. 17. Exẽplum recitaꝛ. Quidam bergomenſis fuit: qui oĩ die ſabbati in honorem mrĩs ieiunabat in pane ꝛ aqua. Dum faceret monetam falſam. a pretore comprehẽſus: in carcere ponit. Die ſabbati dũ inſtaret hora mortis. oculos ſuos ad Mariã cõuertit dĩ. O Maria vbi ſunt merita ieiuniorum meoꝝ. In his verbis miraculoſe apertis carceribus: ſine oĩ obſtaculo liberatus ẽ. fugiens de manu carnificis. Jõ ipſam ſalutemus. Aue ꝛc. Surgite nolite timere. Recitat euangeliſta q xp̃s quadã vice aſſumpſit ſecũ tres ſuos diſcipulos. Petrum. Jacobũ. Joannem. ꝛ duxit eos in montem excelſum. ꝛ transfiguratus eſt ante eos. Scdm Nicolaũ de lyra inter alios diſcipulos precipue hos. 3. aſſumpſit. duplici rõne. Primo rõne pre-

rogatiue. q: Petrus ſuper alios habuit firmā fidem. pp quā date ſunt ei claues regni celoꝝ. Mat. 16. Tu es xp̄s filiꝰ dei viui. Qui ſuper oēs confeſſus eſt ipſum eē Chriſtum. Cui dictū eſt ei. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Scd̄o Joānes excellebat in virginitate. Ex qua chriſto fuit plus familiaris: ⁊ magis dilectus. Cui mater ſua cura commiſſa eſt. Unde Dant. 25. pa.

Queſto e colui. che giaque ſopra el petto,
Del nr̄o pelicano: ⁊ queſto fue.
Di ſu la croce: al grande officio eletto.

Tertio Jacobus inter alios: qui primus martyrizatus eſt. Act. xij. Scd̄o rōe amicitie: vt daret nobis exēplum q̄ ſolum amicis ſunt aperienda ſecreta. Joan. 15. Uos autem dixi amicos: q: oīa quecūq3 audiui a patre meo. nota feci vobis. Et Prouerb. 26. Cum amico cauſam pertracta. Et Sen. Oīa cū amico delibera. Jō hos aſſumpſit: nō alios.

Seqtur. Apparuerūt āt eis Moyſes ⁊ Helias: vt dicit Tho. 1. p. q. 45. ar. 3. Moyſes q mortuus erat iā p. 500. annos. q corpus nō ſuū ſed aliō aſſumpſit. Helias āt corpus ppꝛium aſſumpſit. ⁊ illuc venit de paradiſo terreſtri. Unde Petrus hoc vidēs exclamauit. Dn̄e bonum eſt nos hic eē. ſi vis faciāꝰ hic tria tabernacula: tibi vnū: Moyſi vnū: ⁊ Helie vnū. Jſta āt trāſfiguratio vt dicit Tho. ⁊ Nico. de ly. fuit hoc mō. Aīa Chriſti a pꝛincipio ſue creationis fuit glorioſa p apertam viſionem ⁊ perfectā fruitionem. Uerūtamen ex diuina diſpenſatiōe fiebat: q̄ gloria aīme nō redūdaret ad corpus: vt ſic eſſet paſſibile ⁊ mortale: ad implēdum preciū redēptionis humane. Et iō ex diuina ordinatiōe factū eſt: vt glīa aīe redūdaret ad corpus in hora trāſfigurationis: vt oñderetur diſcipulis glīa future reſurrectiōis: non tm̄ aīe ſ3 corporis. vt ſic animarentur ad ſequendū xp̄m in acerbitate paſſionis ad quā eos inuitabat. Et ſic patet: q̄ claritas illa in transfiguratione fuit claritas glorie: quātū ad eſſentiam. ſed nō quantum ad modum. Quia fuit eiuſdē rōnis cū illa claritate que eſt in corporibus glorioſis. Sed non fuit ibi per modum paſſionis transeuntis. Et ideo illa claritas non debet dici dos glorie. Quia dos glorie importat q̄litatem pmanētē. Jlle. Dn̄e inquit bonum eſt ⁊c. Et ceciderūt in terrā. Quibus dixit. Surgite ⁊c. Sabbato precedenti egimus in laudem virginis. quomodo eſt noſtra auxiliatrix. hodie declarabimus quō ſit nr̄a aduocata. Jn aduocato aūt: tres ſunt cōditiones neceſſarie. Que fuerunt in Maria virgīe:

¶ Pria vt ſit gratiſſimꝰ in verbis
¶ Scd̄a vt ſit audax in cauſis.
¶ Tertia vt ſit feruens in ipſis.
¶ Pria vt ⁊c. C. de aduocatis. l.

ar. 1. Unde aplš. i. Ad Cor. 13.

Si linguis hoīuz loquar ⁊ angelorum: charitatē autē non habeā: factus ſum velut es ſonans aut cymbaluz tinniens. Et ſi habuero omnem prophiam: ⁊ nouerim myſteria omnia. Et ſi habuero omnem fidem: ita vt mōtes trāſferam: charitatem autem non habuero nihil ſum. Et ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. Et ſi tradidero corpus meuz: ita vt ardeaz: charitatem autē non habuero nihil mihi prodeſt. Ille. Unde in huius figuraz. Geñ. 4. Cayn quia odiuz habuit ad Abel: eius ſacrificium fuit reprobatuz. Unde pz concluſio. Sed querit anima cara dubiuz. Que ſunt illa que odium generant: ⁊ pacem turbant? Reſpondet Egidius li. de regimine principū. Et alij doctores. Quod ſunt quattuor peccata.

¶ Primū eſt peccatū ſuperbie.
¶ Secundū eſt peccatū auaritie.
¶ Tertium ē peccatum luxurie.
¶ Quartum ē peccatū inuidie.

¶ Primum ſcz. Quod patet in triplici lege. Primo angelorum. Diuiſio ipſorum ortus hā buit ex ſuperbia luciferi. De qua Iſa. 14. In celum aſcendam. ſiri nliatis ⁊ exaltabo ſolium meum ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Ex hac ſuperbia vna pars illorum remanſit in celo deum adorando humiliter. alia pars in infernum fuit abiecta cum principe tenebrarum. Et hoc propter ſuperbiam regnum fuit diuiſuz. Unde Apoc. Factum eſt prelium in celo michael: ⁊ angeli eius pugnabant cum dracone: ⁊ michael preualuit: ⁊ proiectus eſt draco ille qui vocabatur diabolus. Ille. Unde ꝙ hodie non eſt pax? Quia quilibet vult dominari. Secunda ē lex iudeorum. In. 3. Re. 11. Dicitur ꝙ Salomone mortuo Roboam eius filius dixit populo iudeorum qui querebat alleuiationem: a ſuo rege de leágarie? Ut hodie ſunt. Minor digitus meus: groſſior eſt dorſo Salomonis. Ipſe vos cecidit flagellis: ego vero ſcorpionibus. O ſuperbia regis. Unde dicit Cicero. i. de offi. Nihil eſt laudabilius preclaro viro: placabilitate ⁊ clementia. Ob quam ſuperbiam regis: diuiſum eſt regnum in duas partes: Sed ſi queris quis miſit regem in hanc ſuperbiaz? Rñdeo ꝙ conſilium iuuenum cui adherebat: relinquens illud ſenum: cum eſſet male factū. Unde pho 6. Ethi. Iuuenes nō poſſunt eſſe prudentes: quia prudētia requirit experientiam: que multo idiget tēpore. Ex hoc Romulus cētuz ſapiētes de populo elegit: q erāt veterani quorū conſilio res pub. regebatur qui dicebantur ſenatores ⁊ patres conſcripti. Senatores propter ſenſus ⁊ maturitatis etatem: quaſi ſeniores. Patres vero conſcripti propter affectum. Quia ſicut patres erāt circa bonuz reipublice. Ex hoc Alexander magnus: duz ad aliquod

bellum pergebat: nõ eligebat robuſtos corpore tñ: ſꝫ veteranos qui cũ patre ſuo Philippo militauerant. ⁊ ſic ſapiẽtia eoꝝ de hoſtibus triũphabat. Unde Cicero de ſene. Non viribus aut velocitate corporis res magne geruntur: ſed conſilio: grauitate: ⁊ ſnia. In huius figuraꝫ. Numeri. xi. Dixit dñs ad Moyſi. Congrega mihi de ſenioribus iſrael. 70. viros: vt ſint iudices ⁊ magiſtri populi: ⁊ iudicẽt populũ. Praũſea. qꝫ nũc in conſilijs: ſunt iuuenes celeri ⁊ aſtuti. i prudentes. Ex hꝫ reſpu. male ſe hꝫ. Senes ſunt habendi in reuerentia. C. de veteri iure enu. l. Deo auctore. Tanta aũt a nobis antiquitati habita eſt reuerentia: vt nõia prudentiũ viroꝝ taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Ille. Et Leui. 19. Coram cano capite cõſurge ⁊ honora pſonaꝫ ſenis. Et. 1. ad Thi. 5. Seniorem ne increpaueris: ſꝫ obſecra vt patrem Sapi. 4. Senectus. n. venerabilis eſt. Quando moriut ſenex plãge o fili. Ad propoſitum. Roboam ergo ſp̃re uit conſilium ſenum: Unde factũ eſt vt Ierobeã ſer uus Salomonis regnaret in hieruſalem ſuper x. tribus. Tertia lex romanorum. Oroſius li. 6. de Iulio Ceſare: qui ſuperbia ſua voluit obtinere regnum ⁊ iperium. Unde ſenatus ei contradixit: Põpeius vero pro ſenatu arma ſuſcepit ꝑ republica: ⁊ ex hoc diuiſi ſunt ad inuicẽ. Iulius pſecutus eſt eos: ⁊ victoriã contra Pompeuꝫ obtinuit: ⁊ factus eſt rex romanoꝝ. Et propter hoc tota ciuitas ſtetit per quatuor ãnos in diuiſione. in qbus ãnis facta eſt effuſio ſanguinis terribilis. ¶ Secundũ peccatum ⁊c. Unde tot bella? Ab auaritia. Lucanus. Certamen moniſtis opes. Et Sene. li. d quatuor virtutibus. Quieti ſſimã vitã agerent hoĩes in terris: ſi hec duo verba a natura oium rerum tollerent meũ ⁊ tuum. Ille. Unde diſcordie. Unde lites in palatio? Aduocati? Procuratores? Certe ab hac. Probatur duplici lege Iudeoꝝ ⁊ romanorum. Primo iudeorum. Geñ. 13. de Abraham ⁊ Loth: q erant amiciſſimi pp diuitias ⁊ auaritiã diuiſi ſunt ab inuicem. O q̃ bone familie in pſentiarum ſe diuidũt: ⁊ funditus vadunt. Quia vt dicit Lactan. primo lib. c. 3. Quicquid enĩ capit diuiſionem: ⁊ interituꝫ capiat neceſſe ẽ. Et Chriſt⁹. Luc. xi. Omne regnum in ſeipſum diuiſũ deſolabitur. Secunda lex romanoruꝫ. Titus Liuius libro de origine vrbis. d. Quod nobiles romani expulerunt vnã partẽ a roma: ⁊ ipſi adinuicem diuiſerunt agros: ⁊ proprietates expulſorũ ab vrbe. Unde expulſi tantã iniquitatem ſuſtinere nõ valentes: ad arma ſunt concitati ex vtraqꝫ parte. Et ſic diuiſiones ⁊ lites facte ſunt in roma. ⁊ vaſſationes domorum. ⁊ poſſeſſionum. ⁊ ſanguinis confuſio. Unde multa millia

sunt interfecta. Vñ hoc? Clama. Ab auaritia. Ex hac pcedūt vsu re: sacramēta falsa. ¶ Tertiū peccatum est ꝛc. Lactā. 3. Nulla vehementior causa: ꝗ̄ vnius femine a multis maribus appetitio. Iuuenalis. Nulla fere causa est i qua non femina litē mouerit. Probatur in duplici lege. Primo iudeoꝝ. Iudicum. 19. de leuita: qui erat de tribu beniamin: cum esset in Gabaon cum vxore sua. hospitatus est cū quodam amico suo: Gabaonite eam ceperunt quia pulchra ꝛ violauerūt: ex quo dolor mortua est. Vir autem eius posuit eā super asinū: ꝛ in Betel est reuersus: vindictā petēs p singulas tribus. Vnde iterfecti sūt quinqꝫ milia. Secundo in le. grecorum. Achilles grecus visa Polisenā tam pulchra: in eius amore capt⁹: post multas stultitias ab illa occisus est. Preterea: Paris in greciam veniēs duxit secū Helenam de grecia in troiam. Vnde ex hoc tota grecia commota est cōtra troiam ꝯtra quā venerunt. Et sic Armatis mille ꝛ ducētis nauib⁹ troiā potenter obsederūt. Vñ tot mala in reꝝ natura. belli. colori. soneti. nigromātie. ꝛ hui⁹? Vei ab hac. Vñ quidā. Ve misero iuueni q stat subiectus amori. ¶ Quartū pctm. qđ pacē diss pat: est inuidia. Valerius li. 4. Nulla est tā modesta felicitas: que malignitatis dētes vitare possit. Vnde tot dissensiones in populis? Inter artifices in omni arte? Ab inuidia. Probatur in duplici lege. Primo iudeorum. i. Re. 18. Cū populus daret laudē Dd. d. Saul pcussit mille ꝛ Dd decē milia. Amicitia q̄ erat iter Dd ꝛ Saul versa ē i odiū: ita q querebat eū interficere. 2. lege romanorū. Vale. li. 5. c. 4. d. q. M. Coriolanus romanus: ex inuidia bānitus est apud Volscos. Propter qđ maxima discordia inter eos ꝛ senatū fuit. Vnde ex hoc Coriolan⁹ venit contra romā cū exercitu terribili ꝛ cū maximo romanoꝝ terrore: sꝫ ex nutu matris pax fuit facta. O quis enarraret mala que ex hac emergūt? Propter que omnino tollenda est.

SEcūdū dicit ꝛc. Quatuor sunt malignitates huius vitij odij. ꝛ discordie.

¶ Prima ē nālis legis ꝯtrariatiua

¶ Secūda est humani cordis obduratiua.

¶ Tertia ē crudelitatꝭ inductiua.

¶ Prima ē ꝛc. Thi. i. 2. q. 91. Lex nālis ē regula nālis rōnis: directiua humanorum actuum. Obseruator autem huius legis est hō. De quo philosoph⁹. i. Pol. Hō est optimū aialiū. segregat⁹ autem a lege ꝛ iustitia: est pessimū. Hec lex clamat alta voce. Qđ tibi nō vis fieri: alteri ne facias. Et e cōuerso. vt dꝛ Di. i. c. i. Et dis. 9. Sana. Et. x. q. i. c. Placuit. Ad ꝓpositū. Si esses i odio cū aliquo: velles pacificari. Et si p

plãicedereo. velleo ſalutari. Bo-
na vita cõpagno. Uelles ꝙ reſpi
ceret oculo gratioſo: ⁊ che el re
plaſe. Et tu fac ſimil'r cõpagno.
De hac lege naturali, illuſtrati
pagãi. Ius ciuile. ff. ꝺ legatiõib⁹
l. Queſiti. Cũ iter hoies cogna
tionẽ quãdaꝫ natura cõtraxerit:
cõſequens ẽ hoiem homini inſi-
diari nephas eẽ. Ala pratica. Su
mus oẽs in natura conformes.
Ideo debet eſſe adinuicẽꝫ amor.
Qui vt dicit philoſophus. 8. eth.
Similitudo eſt cauſa amicitie.
Sap. 13. Omne aĩal diligit ſibi ſi-
mile. Sum⁹ oẽs ab vno patre ge
nerati ⁊ matre Adaꝫ ⁊ Eua. Ab
vno patre ſpũali. De quo Mat.
6. Pater noſter qui es in celis.
Mat. 23. Unus eſt. n. pater ve-
ſter qui in celis eſt. Oẽs aũt vos
fratres. De hac lege fuere illu-
ſtrati pagani qui ſuis inimicis ve
niam dederũt. Uide Uale. in. 5.
lib. c. i. Rubrica de clementia ro
manoꝝ. Ubi ponit cauſã quare ro
mani magnifici ſunt appellati:
quia proni fuerunt in danda ve-
nia inimicis ſuis. O animi gene
roſi qui inter ceteras eorum vir-
tutes fuere humani. Adſunt ex-
empla ꝙ̃plurima. Primo indu
ci exemplum Pompei Emuli
regis Armenie nomine Tigrãis
cum hñilſ victoriã ipſi⁹ ipſũ re
duxit i patriaꝫ ſuam honorifice.
Preterea exemplum de Lucio
Paulo qui fuit dux romanoꝝ:
audiens Perſaꝫ regeꝫ victũ ad
ſe adduci fecit: quẽ ſemꝑ habue-
rat infeſtũꝫ, occurrit ei cum orna
mẽtis decoratus romani impꝫ:
curuatumqꝫ ad genua. dexteram
porrigens eleuauit: ⁊ in taberna
culuꝫ ſuum introduxit: ⁊ cũ in ſo
lio ſuo ſecum ſedere fecit. v. Si-
cut egregiuꝫ eſt hoſteꝫ coartare:
ita laudabile eſt infelici miſereri.
Preterea Aug. epiſtola ad Mar
cellinũ de Iulio Ceſare refert ꝙ
tante memorie fuit. ꝙ nihil ſole-
bat obliuiſci: preter iniurias. Et
cum ſemel caput Pompei emu
li ſui eſſet ei preſentatũ: amare fle
uit. v. Nõ placet mihi vindicta:
ſꝫ victoria. Si pagani hoc ege-
rũt: plus chriſtiani. Ualerius i. 5.
Humanitas. dulcedo: barbaroruꝫ
igenia penetrat. Et Aug. l. ꝺ Ci.
dei. Propriuꝫ romanorum fuit
parcere ſubiectis: ⁊ debellare ſuꝑ
bos. Acceptaqꝫ iniuria ignoſcere
ꝙ̃ perſequi malebant. Ille. Unde
pater prima malignitas. ¶ Secũ
da dicit̃ ⁊c̃. Bernar. lib. de conſi
deratione. Ad Eugeniũ papam.
Cor durum ẽ: quod contritione
nõ ſcindit̃. pietate ñ emollit̃ preci
bus non flectit̃. minis non cedit.
flagellis induratur. 5. conditiones
ſunt cordis duri. Prima ꝯditio.
Contritione nõ ſcindit̃: quia ta-
les nõ dimittunt partes: nõ confi
tentur: non ſe cõmunicãt. ⁊ ſic de
ſperati ad infernuꝫ vadunt. qꝛ di
mittũt filijs malũ exempluꝫ: di-
mittũt arma in domo ⁊ gladios
ſanguinolentos. lanceas. Secun
da conditio pietate non emollit̃.
Tales non habent pietatem im-

mo inimico adducit duplicia. O
talis ē infirmus. Vbi ge dia dio.
Talis fuit impietas iudeorū ad pi
latum. Ecce rex ūr veſter. Cla-
mauere. Tolle eū crucifige. Ter
tia cōditio precibus nō flectitur.
Non predicationes. non pregē-
rie amicorū poſſūt flecti. Si tamē
promittunt nō ſeruāt Nulla gēs
infidelior talib⁹. Nullus cōfidat
de promiſſione partialiū. Quā-
uis ore promittāt: in corde habēt
diabolū Eccleſiaſtici. 12. Non cre
das inimico tuo in eternū. Et p
uerbiū. De inimico recōciliato
non te fidar: Aliculnī omnes iu-
rauerunt per ſignū crucis numq̄
tenere partes. In paucis diebus
iuramentū fregerunt. O genus p
fida. O diaboli. Quarta cōditio
Minis nō cedit dei aut ſanctorū.
Neminē timet odioſus. Exem
plum illius patris de quo Euſebi
us de preparatione euan. qui du-
os fratres ad inuicē litigātes de
lacu aque cū non poſſet eos quie
tare totam aquā cōduxit cum ba
culo per deſertum in ſui ignomi
niam. Quinta cōditio. Flagellis
induratur. Indurantur corda ta
lium vt nullo pacto velint remit
tere. De tali odioſo. Job. 41.
Cor eius indurabit quaſi lapis.
In monte vercellenſi. Cū terra
eſſet turbata parcialitatibus: mater
abſcōdit duos filios ſuos ſub ve
gete: veniēs partialis in p̄ſētia ma-
tris: accepit filios: ⁊ viuū in aerē
proiecit: ⁊ ipſum cum gladio re-
colligebat: ⁊ poſtea plecit in mu-
rum. Alium cepit ⁊ poſuit pedes
ſup eū: ⁊ cū gladio per mediū ſci
dit ⁊ in faciem matris proiecit.
¶ Tertia dicitur ⁊c. Odio ē gra-
ue peccatum: quia nulli parcit non
fri: non amico. Gen. 4. Ex odio
Caim occidit fratrem ſuū. Gen.
37. Filij Jacob ex odio fratrē ſu
um vendiderunt iſmaelitis. 30.
den. Et piu forte. Ex odio phari
ſeorum chriſtus occiſus eſt. Ue-
re lancea longini non fuit ita ama
ra: vt cor odioſi. Illa tranſfodit
corpus mortuum xpi. Odium
autem: hominē viuum. Non eſt
tanta malignitas in feris: vt eſt in
odioſo. Vnde Aug. 12. de Ciui. dei.
Non enim intra ſe leones. aut in
tra ſe dracones: qualia homines
intra ſe bella gerūt. Ille. Anima
lia poſt bella ad paſtū vadūt. Ec
cleſiaſtici. 27. Volatilia celi poſt
cōflictum ad ſibi ſimilia conueni
unt. Sed odioſus non. Sed eue-
nit illi: vt ſicut ē durus in dimit-
tendo. ita ⁊ deus in remittendo.
In euāgelio. Sic enim pater ve
ſter celeſtis faciet vobis ſi non re
mi. ⁊c. O cōpagnon: ad capitu-
lum veni. Dic pater noſter: vſq̄
ad illud. Dimitte nobis ⁊c. Ora
tionem contra te facio nō pro te.
Unde Chriſo. Si iniuriam nō di
mittis que tibi facta eſt: non ora-
tionē pro te facis: ſed maledictio
nē ſup te inducis. Quarta eſt ⁊c.
Nō eſt generatio ita praua ſub ce
lo: vt ſunt partiales. Dicſit Jo.
baptiſtam gibelinum. Or digito
oſtendit. Ecce agnus dei. Joan.

evangeliſtã guelſum. Dicunt ec cleſiã guelphã: Imperato: ẽ gui bellinũ. Et ſic ſe adinuicez ciui tates ſe deſpiciunt: ⁊ mortales. Ex hac ſanitate ciuitates: ⁊ caſtel la deſtruuntur. Unde Tulius lib. de amic. Que domus tã ſtabilis: que ciuitas tã firma: q̃ nõ odijs funditus poſſit euerti? Iſte. Cur deſolata eſt roma? Certe vt habet Aug. in pluribus locis de Ciui. dei propter ciuilia bella. Adſunt ciuitates italie. O bononia ma ter ſtudioꝝ. O ianua regina ma ris. O parma. O placentia. O aſiſiũ. O viterbiũ. O alie ciui tates: que diſcordijs ⁊ partialitati bus dediſtis locũ. Ubi eſt gloria veſtra? Plangunt menia: Paſa na ruina. Uere ſentẽtia Saluſtij verificat in catelinario. Cõcordia parue res creſcunt: diſcordia ma xime dilabunt. Unde pꝫ ſecunduz.

Tertium dicitur ⁊c. In ducimur ad dimiſſiõez huius hodij. ⁊ iniuria rum ſm doctores qua druplici ratione.

Primo rõne preceptionis.
Secundo rõne fructificationis.
Tertio rõne exẽplificationis.
Quarto rõne flagellationis.

Primo ratione ⁊c. Quadru plex lex. Prima diuinalis. Quid dicis o ieſu. Jo. 15. Hoc eſt prece ptũ meũ vt diligatis inuicez ſi cut dilexi vos. Et Mat. 18. Pe trus ad ieſũ dixit. Quotiens pec cabit in me frater meus: dimit tam ei vſq3 ſepties? Reſpondit ei. Non dico tibi vſq3 ſepties: ſꝫ vſq3 ſeptuagies ſepties. i. totiens quotiens. 2º de precepto legis ca nonicalis. Amb. xi. q. 3. c. Archi epiſcopus. Sine concordia ſper nit deus ẽcta. Si faceret homo omnia bona: ex alia parte odium haberet. nihil agit. Tertio de pre cepto legis ciuilis. ff. de officio p̃ ſidis. l. Congruit. Congruit bo no ⁊ graui preſidi curare vt pa cata ⁊ quieta ſit prouincia: quam regit. Et. C. de veteri iure enu cleando. l. Deo auctore noſtrum gubernante imperium quod no bis a celeſti maieſtate traditũ ẽ: ⁊ bella feliciter peragimus ⁊ pa cem decoramus: ⁊ ſtatum reipu blice ſuſtentamus: Iſte. Contra pectores ⁊c. Quarto precepto le gis paganalis. Demoſthenes in oratione ad Alexãdrũ. Cũ enĩ vincamur a dijs in omni mune re: ſola clemẽtia eſt: que nobis de os reddit equales. In. 4. Eth. Eſt ſeruiſe poſſe ⁊ velle vindica re ⁊ obliuiſci magnificum. O q̃ eſt magnificũ: Sene. Si magna nimus fueris: nunq̃ reputabis tibi iniuriam fieri. Secũdo ra tione ⁊c. Homo conſequitur re miſſionem peccatorum: ⁊ paradi ſum. Unde Tho. 22. q. 25. Dicit q̃ plus eſt meritum diligere ini micum q̃ amicum. Quia ex ma iori charitate procedit: cum ſit cõ tra naturam: ⁊ nil grauius poteſt deo fieri quam inimicum dilige re. Exemplũ Joannis Giſber ti qui educto enſe dum inſeque

retur inimicum ⁊ iam cepiſſet ⁊ ille flexis genibus ꝑ merita paſſionis chriſti oraſſet veniam. Uenias inquit ad crucifixum: vt videam vtrum velit tibi parcere. Cūqȝ ambo ante figuram ligni crucifixi eſſent, ⁊ Joannes interrogaret an ſibi tale donum gratum eſſet, inclinauit ſe ligneum caput: ⁊ ambo ad deum ſunt cōuerſi. ¶ Tertio rōe ⁊c. Triplex exemplum. Primum paganoꝝ. Cum eēt Diogenes mire opionis in populo: quidam dixit ei. Multi dicūt mala de te. Rn̄dit. Non ti curat. Oportet ſapientiam ab inſipiētibus ferīri. O verbum gratioſum. Secundū exēplum ſanctorum. De Stephāo qui dixit. Ecce video celos apertos. Dn̄e ne ſtatuas illis hoc peccatum. O Lucia. O Caterina martyr. O Agata quid feciſtis ꝺ veſtris iniurijs? Certe deum pro illis orauimus vt illis parceret. Et tu o Maria cū videbas filiū tuum male tractari. latus aperiri. tamen patrē exorabas vt eis parceret. Tertium exemplum ē Jeſu xp̄i. qui in tormentis poſitus: dixit patri Luc. 23. Pater ignoſce illis. Super quo Bernardus ſuper Cant. Sermone. 63. Flagellis ceſus. ſpinis coronatus. clauis ꝯfoſſus. opprobrijs ſaturatus. patibulo affixus. Immēmor tn̄ oīum dolorū dixit. Pr̄ ignoſce illis: qꝛ neſciunt quid faciunt. Pater amantiſſime: pr̄ benigniſſime. Ubi dicit Hieronym⁹ ſuper Naum prophetā: qꝛ hoc verbum ſuiꝗ tāte efficatie in auribus iudeorū. Qꝛ circa. 5000. iudeorum audito hoc verbo ad xp̄m ſunt conuerſi. Un̄ pȝ tertia ratio.

¶ Quarto rōne ⁊c. Unde tot flagella: de careſtie. guerre. infirmita: ⁊ alia q̄ plurima? Certe qꝛ nō eſt pax ſed odia: que diuinā iram prouocant. Qꝛ tibi ondo tali figura: que eſt beati Uincētij. De quodā rege qui ciuitatem quandā edificauit ꝓprijs ſumptibus. Unde miſit in ea ruſticos ⁊ eos nobilitauit: faciēs eos ciues: poſſeſſiones: ⁊ alia bona eis tribuēs. Petens ab eis pactum: vt oīno non haberent contuberniū cū inimicis ſuis. Sed infra paucos dies fecerunt regi ſex tradimenta. Primum qꝛ fidem regi fregerunt de omnibus non ſeruando. Scd̄m qꝛ ipſum cum baliſtis expulerunt extra ciuitatem. Tertium qꝛ ambaſſiatores regis occiderunt. Quartum qꝛ regiā indumentis ſuis nudauere. Quintum qꝛ eius filias ſeptem violauerunt. Sextum qꝛ filius qui repugnare debebat diuiſerunt ipſum i duas partes: ⁊ ſic regi miſerūt. Uidens autem rex hoc turbatus eſt valde: ⁊ capitaneū miſit qui omnes occidit: qꝛ nec gallus nec gallina ibi cantabat. Notate verba. Moraliter. Iſte rex eſt deus pater. Apoca. 3. Rex regum ⁊ dominus dominantiū. Fecit ciuitatem. i. eccleſiam ⁊ fidem noſtram. In ea poſuit nos faciens:

nos ciues per baptiſmum. Sed
mali chriſtiani faciūt regi ſex tra-
dimenta. Primum q: fidē in ba
ptiſmo frangunt. Veni ad capitu
lum o chriſtiane. Sacerdos in in
greſſu eccleſie dic. Quid petis?
Reſpōdet compater: fidem. Et
ſacerdos. Quid tibi pſtat? Re-
ſpondet vitam eternam. Et ſa-
cerdos iterum replicat dicens.
Abrenuncias ſathane? Rñdet ab
renuncio. Prattica: per oia pec-
cata. Abrenuncio ſuperbie. inui-
die. ire. Et nihil facis o hō. Secū
dum: q: extra ciuitatē cum blaſ
femijs eijciunt ipſum deum. O
quoi blaſfemie. Quale caſtrum:
villa. ciuitas, vbi non vituperet
nomē dei. Unde Pius papa ad
Turchū. Confuſa ſunt oia ⁊ tur-
bata. Blaſſematur deus. nullus
timor, nulla legum reuerentia.
Tertium: q: occiderūt ambaſſia-
tores, i. predicatores: qui hodier
nis temporibus non audiuntur:
ſed potius fabule: cantādeti. Apo
ſtolus. Ad fabulas cōuertentur.
Quartum q: reginam. i. eccleſiā
militantem nudauerunt. O pre
lati eccleſie quomodo hodie ſtat
eccleſia? Bona pauperum ⁊ reli-
gioſorum ⁊ conuentuū vadunt
in caualli. cani. De illo plato car
dinali qui ſex mille ducatos expē
dit omni anno circa canes: ⁊ eoꝝ
ſeruitores. O dio: graue pecca-
tum. Alia bona in comedendo.
O pieta: nunc eſt nuda la meſchi
na? Male ſtant altaria: oia deſola
ta. Quintum q: filias violauerūt
idest dona ſpiritus. s. inter q̃ preci
puū eſt el timor de dio. De quo
ps. Initiū ſapientie eſt timor do
mini. Unde tot mala? Q: nō eſt
timor dei ante oculos hominum.
Sextum q: filius qui regnare de
bebat diuiſerunt in duas partes.
O ciues mei audite me. Diuiſe-
runt in partem guelfam ⁊ ptem
gibellinam. O fides catholica:
quō male tractaris. Ex hac diui-
ſione omnia mala euenit. O ſee
x. Diuiſum eſt cor eorum: nunc
interibunt. Contra apoſtolus ad
Ephe. 4. Una fides. vnum ba-
ptiſma, vna eccleſia, vnus deus:
A chi vina: o Placentia, guelfo.
guibellino? Clama. Uiua la fede:
viua Jeſu chriſto: viua el paradi
ſo. Ex hac diuiſione ſequitur, de
ſtructiones ciuitatum. occiſio ho
minum. Uñ Pius papa reſpon
ſum habuit a Turcho. Qd non
timebat chriſtianos: quouſq; re-
gnabat inter eos hoc verbum:
guelfo ⁊ gibillino. Et cum dice-
rēt ei ſui barōes. Illuſtriſſime pn
ceps tota chriſtianitas ſe contra
vos mouet. Reſpondit vni ex il
lis. Apphende faſciculū ſagit-
tarum ⁊ frange. Probauit: ſed
minime potuit. Iterum tentauit
ſed non potuit. Iſte autē eas ap
prehendit a vna vna: ⁊ eas fre-
git. Sic faciam inquit de chriſtia
nis a vno a vno eos frangam: q:
nō ſunt vniti. Prattica. Pp di-
ſcordias ergo veniunt mala oia.
O tentore pparate le brume: Q:
cito veniēt dies: in quibus filius

fugiet p̄rem. filia matrem. amic⁹
amicū. vicinus vicinū. O Ita-
lia plāge. O Italia time. O Ita
lia caue: ne ꝓp diſcordias tuas in
te deſeuiat ira dei. Uocauit ipſe
te multis annis, dotauit amplis
bñficijs, Miſit ad te p̄dicatores
ſuos. Terruit te ſignis ⁊ ꝓdigijs.
Senſiſti terremotus, peſtilenti-
as, ⁊ ſterilitatem grādem. Cōmi
natus ē tibi deus. Sic. Certe hoc
fecit vt induceret te ad pniām. Et
tu in dies durior ſis i pcīs: ⁊ ma-
litia perſeuerando. O Italia de-
cora. O regio diuitiarum plena.
Noli contēnere deū. noli exacer
bare maieſtatē eius. Sed reuer-
tere ad dñm deū tuū: penitendo
de pcīs tuis. Qd̄ ſi egerim⁹ ⁊c.

¶ Feria. 2. q̄rte hebdomade qua
drageſime. De ludis fortune.

Auferte iſta
hinc. Jo. 2. c. ¶ Erat
prope paſcha iudeoꝝ
⁊ Jeſus aſcendit hieroſolymā.
In tribus ſolēnitatibus in anno
tenebant conuenire in hieruſalē:
vꝫ in paſcha. in penthecos. in feſto
tabernaculorum: vt dr̄ Exo. 23.
Aſcendit aūt Jeſus ad feſtum paſ-
che. Et inuenit in tēplo oues: ⁊
boues: ⁊ colūbas: ⁊ mercatores
qui talia in tēplo vēdebant. Tur
batus Jeſus fecit flagelliū de fu-
niculis: ⁊ oēs eiecit d̄ tēplo. His
aūt qui columbas vendebāt: di-
xit. Auferte iſta hinc ⁊ nolite ⁊c.

Sed quare placabiliter eiecit vē
dētes columbas? Rñdeo q̄ hoc
egit rōne ſignificati: non ratione
columbe. Spiritus. ſ. deſignat
per columbā: per tres ꝓditiōes
quas habet. Prima q̄ hꝫ ge-
mitum pro cantu: ſic ſpiritus. ſ.
facit peccatorem gemere. Se-
cunda q̄ ſine elle. ſic ſpiritus ſan
ctus. Sap. 12. O q̄ bonus ⁊ ſua-
uis eſt ſpiritus tuus. Tertia nidi
ficat in foraminibus petre: ſic ſpi
ritus. ſ. in lateribus xp̄i ſpem po
nere facit hoīem ⁊c. Uidentes ta
lia phariſei. indignati dixerunt.
Qd̄ ſignū oſ̄dis nobis. ſ. q̄ pote
ſtate hec facis. Rñdit Jeſus ſol-
uite tēplum hoc. Soluite. i. ſolue
tis. Non ē verbū inductiuū ad
faciendum: cū fuerit ſimplex ma
lum ex parte iudeoꝝ: ſed eſt ver-
bū denunciatiuū quod erat per
ipſos fiendum. Soluite. i. ſolue-
tis. Qꝛ in paſſiōe xp̄i: fuit anima
ſoluta a corpore. Et in trib⁹ die-
bus excitabo illud. Nō dicit poſt
dies tres: qꝛ xp̄s non fuit mortu
us per tres completos: ſed. 39. ho
ris. Dixerunt ergo iudei. Qua-
draginta ⁊ ſex an. edificatū ē tēplū
hoc: ⁊ in tribus diebus excitabis
illud? Hoc dicunt iudei eſſe im-
poſſibile. Et multo plus deriſiſ-
ſent: ſi reſurrectionē ſui corporis
dixiſſet aperte. Qꝛ difficilius eſt
reſuſcitare mortuū: q̄ tale edifica
re templum. Et iudei non loque
bantur de tēplo edificato a Salo
mone: qd̄ fuit cōſtructū in. 7. an-
nis: vt dr̄. 3. Re. 6. ſed de templo

edificato poſt captiuitatem babi-
lonică. Ille aűt dicebat de tẽplo
corporis ſui. Ac ſi dicat. Vos q̄-
ritis ſignum de mea ptãte. ⁊ ego
dico vobis. ꝙ ſi corpus meũ diſ-
ſolueritis p mortem: ego illud re
ſuſcitabo per meã virtutẽ. Unde
multi crediderũt in eum: viden-
tes ſigna ⁊ prodigia que ⁊c. Ap-
plica. De ludis ſortune predica
bimus hodie. De qbus ſunt. 3.
videnda myſteria.
¶ Primum. dr̃ diſtinctionis.
¶ Scđm. dr̃ abhominationis.
¶ Tertiũ. dicit̃ punitionis.

PRimum ⁊c. Secũdũ
Tho. 4. di. 16. q. vl. a.
p̄. Ric. 4. di. 17. Archi.
2. p. Robertũ olcoth.
ſuper. Sap̄. Albertũ in. 4. di. 16.
Duran. 2. ſen. Triplex ẽ ludus.
Et ſm hãc diſtinctionẽ põt ludus
cognoſci qũ peccatum eſt.
¶ Primus eſt pueniens ex ma-
gna deuotione.
¶ Secũdus eſt pueniens ex hu-
mana recreatione.
¶ Tertius ẽ prouenjens ex dia-
bolica ſuggeſtione.
Primus ⁊c. De quo ipſo. Oẽs
gentes plaudite manibus: iubila
te deo in voce exultatõis. Et iſte
eſt ludus quẽ catholici faciunt in
ſolẽnitatibus: vt in repreſentatio
nibus chriſti. Aſcenſiõis. Rebre
ctionis. ⁊c. Qui ludi pñt fieri ſi-
ne peccato: vt ponũt Can. ſecdm
Hoſt. ⁊ Inno. in c. Cum deco-
rem. De vita ⁊ honeſtate clerico
rum. Qi tales repreſentatões ſi
fiant cum deuotione: mouent ani
mos multorum. Ex hoc eccleſia
inuenit vſum organoꝝ ⁊ cantuꝫ.
pſo. Laudate eum in tympano ⁊
choro in cordis ⁊c. Quod Aug.
⁊ Greg. inuenerunt. Ad hũc lu-
dum inducimur exemplo Dd.
De quo. 2. Re. 6. dicitur ꝙ lude-
bat coram archa dñi quem vxor
Michol videns per feneſtrã eũ
ſaltitantem deſpexit in corde ſuo.
⁊ improperauit ei. Dauid autẽ
rñdit. Uiuit dñs: qr ludam ante
dñm qui elegit me. ⁊ ludam ⁊ vi
lior fiam pluſq̄ factus ſuꝫ: ⁊ ero
humilis in oculis meis. Hoc ceſ
ſit Dauid in meritum. Michol
vero quia eum deſpexit: percuſ-
ſa eſt ſterilitate. Super quo Gre.
Dicit. Ego plus ſtupeo Dauid
ſaltantẽ: q̄ pugnantem. Pugnã
do. n. hoſtem ſubdidit: ſaltãdo co
ram dño: hic vilem ſeipm fecit.
Unde pꝫ ꝙ ludus iſte eſt ſanctus
⁊ bonus. ¶ Secũdus ⁊c. Quan
do quis vtitur aliquibus verbis
ſolatioſis ob recreationem ſui ⁊
aliorũ. qđ non eſt peccatum. Ita
tñ ꝙ nihil turpe miſceatur. ⁊ ni-
hil deo nec proximo iniurioſuꝫ.
Talis ludus eſt laudabilis. Et rõ
eſt. Cũ. n. hõ ſit occupatus circa
terrena: ideo indiget aliq̄li recrea
tione. Uñ poeta. Interpone tuis
⁊c. In. 1. Pol. Ois labor idiget
requie. Ibidẽ. Ludus fit ꝓpter
regeꝫ. In. 4. ethi. Regs ⁊ ludꝰ:
in vita videt̃ eẽ nc̃ia. Et ꝓpꝰ. oſ.
Ludo ⁊ ioco vti lꝫ: ſicut ceteris
quietibus. Tho. 22. q. 168. Hõ

enī; ſicut indiget ex parte corpo
ris recreatione corporali: vt dor
mitione ⁊ cibo q: eſt virtutis fi-
nite: ita ex parte aie que h; fini-
tas operatiões. Uñ idiget recrea
tione. Ad hunc ludū inducimur
duplici exemplo. Primo ſan-
ctoꝝ. Secundo paganorum.
Primo ⁊c̄. Jo. euange. qui ali-
quando ludebat cū auicula in ſo
latium. Prete. Ber. dixit culpā
de nimia pnia. Petrus martyr
fuit deceptus a diabolo de parci-
tate vite. qui ad tantā miſeriā ve
nit aliqñ: ꝙ non poterat aperire
os vñ oportebat ibocari. Pre.
Anto. cum diſcipulis p deſertū
ibat ob cauſa; recreatiōis. Quos
quidam Sagittarius vidēs ſcan
dalizatus eſt. Ille vero hoc per-
pendens: vocauit ad ſe intende-
ret inquiens arcum ⁊ ſic retine-
ret. Quod ille faciens videretqꝫ
arcū deficere: relaxauit. Cui An-
to. quare ſic feciſti? Reſpōdit. q:
frangeretur. At Anto. Similiter
aius hoīs frangeretur: ſi nunqꝫ a
ſua intentione relaxetur. Prete.
de Mie. qui habebat leonem: ad
ſolatium. Et Paphnu. qui habe
bat quādam gattam cū qua lude
bat. Secundo exēplo pagano-
rum. de Themiſtocle pħo: qui
qñuis ludere nollet: alios nō im-
pediebat. Contra aliquos ſcru-
puloſos. Uale. li. 2. c. 3. Rubrica
de iure triumphandi. Triūphan
ti fiebant multi ludi ſolatioſi. vt
alij moⁱterentur. Unde Th. vbi
ſ. a. 4. Laudat Eutropeliā. que
eſt conuerſio verboꝝ ad ſolatiū:
vt h; pħs. 4. Eth. Ex hoc ꝯſue-
tudo in religionibus inoleuit. vt
tpe carniſpl. ⁊ in aduentu: ⁊ infra
annu;: fratres habeant recreatio
nem. His ergo vtendū eſt: ſed pa
rum: ⁊ cauere ſuperabundantiā.
Q: vt dicit pħ. 9. Eth. Delecta
tio eſt neceſſaria ad vitam: ſic ſal
ad cibum. Faciunt duo mala mu
lieres: q̄ nimis ſalant maneſtras.
Primū. q: dant cauſam murmu
randi viris. Scdm. q: nimis bi
bunt ⁊ catarru; generat. De iſto
ludo. Zach. Ciuitas replebit lu-
dentibus: ſ. hoibus. pueris. reli-
gioſis. Sed qui ſunt ij ludi? Re-
ſpondeo. Pro adoleſcentibus lu
dus pile. Pro viris: ludus ſcaco
rum. Pro iuuenibus: iactus pa
li. curſus. Pro dn̄is tpalibus: ſo
no li buſoni. La caza: cant. canali.
Pro mulierib' ali gareli. Pro
platis eccleſie. epis. cardinalib'.
catuli ſimie. Quis eoꝝ ſolatia de
beant eſſe potius in ſcripturis ⁊
libris: qꝫ in huiuſmodi. Iuxta il-
lud. 1. Mach. 1. Habentes ſola-
tio libros ſanctos in manibus ve
ſtris. Q: di. 38. Ignorantia ma-
ter eſt cunctoꝝ erroꝝ. Pro re-
ligioſis ⁊ preſbyteris: eſt ludus
ſcacoꝝ qui nō eſt prohibitus eis.
cum ſit induſtrie non fortune. Si
tñ non eſt ſcandalum ſecularium.
Unde p;. ¶ Tertius ludus ⁊c̄.
Et eſt vbi fiunt inhoneſta ⁊ tur-
pes res que ſunt contra deum ⁊
vituperatur nomen dei. S; qui
ſunt ij ludi? Rñdeo: ꝙ ois ludus

qui innitū fortune. At principali
ter ludus datoꝝ.cartaꝝ.⁊ naibo
rū.⁊ oīs ludi qui innitūtur fortūe.⁊
vbi agit̄ piculum vite: vt gloſtre
⁊ alijs exercitijs nocturis qui ludi
prohibent̄ ab eccl'ia: ⁊ ſunt morta
le peccatū. Vn̄ ⁊ ſancti viri ma-
xime hos vitarēt. Tob.3. dicit.
Cū ludentibus non me miſcui:
nec cū ijs qui ambulant in leuita-
te. Jere.16. In medio ludentiū
nō ſedi. Sed qr luſor nō credit.
triplici rōne ꝓbatur mortale pec
catum.

C Primo rōne excōicationis.
C Scđo rōne prohibitionis.
C Tertio rōne cōminationis.

C Primo ⁊c. Snia eſt Tho.4.
di.18.q.1.ar.1. Juſte aliquis ex-
cōmunicari nō pōt niſi pro culpa
mortali.per quā a charitate diui
ſus eſt: qr excōicatio eſt grauiſſi-
ma penaꝝ. Sed luſores debent
excōicari. Quod patet per Cano.
di.35.c. Epo aūt laycus alee de-
ſeruiens: aut deſinat: aut cōione
priuetur. O clerici audite. Qd
intelligitur ſm̄ glo. qn̄ ex cupidi
tate quis ludit: vt plures faciūt.
Sed ob recreationem ⁊ mode-
ſte vt paruuli faciunt non credo
eſſe mortale. Sed hodie ludunt
mala intentione: ꝫ̄ō grauiter pec.
cant. C Scđo rōne ⁊c. Illud qđ
eſt per legē ꝓhibitū: eſt mortale.
Sed ludus taxillorū ⁊ cartarū
ꝓhibet̄ p legem Cano. ⁊ Ciui.
igit̄ ē mortale. Vide tuo legiſta
ff. de aleatoribus p totū. ff. in ꝓ-
hemio. Quis ludos eos appel-
let: ex quibus crimina oriuntur.
Et ad. l. aqlia. l. Nā ludis. Lu-
dus pernicioſus culpa eſt. Et in
Auten. de ſanctiſſimis epis. §. in
terdicimus. Clerici ad aleas ⁊ ta
xillos nō ludant: nec interſint hu
iuſmodi ludis. Et q̄uis capi. lo-
quatur de clericis: tn̄ ⁊ de laycis
etiā intelligitur. Qr argumentū
vacat a cōtrario ſenſu. Vtēr dici
tur Di.35.c. Epo. Vnde patz ei'
prohibitio. C Tertio rōe ⁊c. Qr
talibus cōminatur de⁹. Luc.6.
Ve vobis.ſ. luſoribus: qui nūc
ridetis. Glo. ꝑ luſoribꝰ intelligi-
tur. Ve aūt ſignat dānationē eter
nā: que nō niſi ꝑ mortali dētur.
Igitur eſt mortale oīs ludus for
tune. Vn̄ pz concluſio. In qbus
verbis dubiū querit̄. vtꝝ teneā-
tur ad reſtitutionē tales? Rn̄det
Tho.22.q.32.ar.7. qr i tribus ca
ſibus tenetur quis quod acqrit per
ludum. C Prius ē cū acqrit ab
ijs q nō poſſunt alienare: vt ſunt
furioſi.mentecapti.muti.⁊ mino-
res.25.annoꝝ: ⁊ maxie pupilli.
Tenetur ergo ad reſtitutionē tu-
toribus ⁊ curatoribus. Et qui vi
ciſſet ſeruos: qr qcquid hꝫ eſt dño-
rū: ⁊ qcqd acquirit dño acquirit.
C. per quas perſonas nobis acq
ritur. l.1. Et. ff. de tēporibus pu-
blicis. l. pecuniam. C Secundus
caſus. Cum acquirit per fraudē.
Puta vtendo falſos taxillos.
Vel alio modo decipiendo. Naꝫ
hoc eſt reſtituendum ei qui amiſit
vel habenti curam eius: quia fur
tū eſt. C Tertius caſus. Quando

quis traxit aliquem ad ludum. vel per vim aut per importunitatem. siue in principio siue medio ludi cũ velit desinere. ⁊ ñ sinitur tenetur ad restitutionẽ. Sed qbus fiet restitutio qñ voluntarius cum volũtario ludit ex cupiditate: nõ per fraudes. Rñdet Tho. Joan. andre. Petrus de pal. Jo. cal. ſuper cap. Clerici. q̄ ſunt pauperibus erroganda: aut ad cõſiliũ confeſſoris. Unde pꝫ primum.

SEcundũ dr ⁊c. Nõ eſt peccatũ ita deo abhominabile: vt pcm̃ ludi. Et vix eſt dare actus in quo concurrant tot mala: ſicut ex ludo. Et ſicut deus inuenit. xi. lr̃as alphabeti: alie aũt poſtea ſunt ſuperaddite ad cõponendum biblia: vbi eſt oĩs ſapiẽtia reuelata. Jta diabol⁹ inuẽit bibliã. ſ. datos. vbi poſuit. xi. pũcta tãꝙ lr̃as nigras. Ubi in vſu ſuo repitur oĩs malitia peccati. Et quot ſunt pũcta in datis tot ab eo ſcelera procedunt. Ut videamus p ordinem peccata: que ab ipſo procedunt.

¶ Prima littera eſt A: quaſi primus punctus qď eſt peccatũ. id eſt amiſſio tpis: quo nihil eſt precioſius. Ut in. 4. ph. Nihil habemus de tpe niſi nunc. De quo nunc. 2. Cor. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Et Ber. Nil precioſius tempore. Sen̄. ad Luc. Epl'a. i. Jta fac mi lucilli. vendica te tibi: ⁊ tẽpus qď adhuc aut auferebat̃ aut ſurripiebat̃ aut excidebat collige ⁊ ſerua. Oĩa mi lucilli aliena ſũt tps tm̃ noſtrũ eſt. Jta precioſum eſt: q̄ dãnati darent oĩa regna mũdi p hora tpis. Et q̃uis multis videatur leue: tñ etiã paganis ſapientibus graue reputat̃. Sen̄. Nulla maior iactura: q̄ temporis amiſſio. Nõ põt recuperari. Poeta. Tampo perduto ⁊c. Eccleſi. 4. Fili conſerua tps. Jſtud amitti̇̃ a luſorib⁹. O quaꝫ poterũt reddere rõeꝫ deo: q tota die ⁊ nocte aliq̃ñ perdunt i ludis.

¶ Secũda littera eſt B. i. Blaſſemia. Cantat̃ letanie in vituperiũ ſcõꝝ. Jn nullo exercitio ita ſepe blaſſemat̃ deus magnus: vt in ludo. Un̄ deus ↄqueri̇̃ Jſa. i. Filios enutriui ⁊ exaltaui ipi aũt ſpreuerunt me. Et Ro. 2. Nomen meũ iugiter blaſfemat̃. Sꝫ deus particulariter eos punit. Aliquãdo oculi taliũ ceciderũt ſup mẽſa luſoꝝ: vt Rauẽne. Aliquãdo os veriꝫ eſt horribiliter. Et de quodã mantuano q deglutiebat bolũ in ore cum digito. Aliq̃ ſũt mortui mala morte.

¶ Tertia littera ẽ. C. i. contumelia. Nã contumelias. ſibi inuiceꝫ dicũt. Gaioſo. aſino. Ladro. qď eſt pcm̃ mortale. vt dicit Tho. 22. q. 72. ar. 2. Et rõ. q2 ledit primũ ſuum in fama contra charitatem. Unde chriſtus. Mat. 6. Qui dixerit fratri ſuo fatue: qď pertinet ad contumeliã reus erit gehẽne: que nõ debetur niſi pro mortali. Jgitur eſt mortale peccatum.

¶ Quarta littera eſt D.i. diſſipatio ſubſtātie tẽpalis: frequēter videmus hoc ꝯtingere. ꝙ iuuenes emancipati a parētibus magnas diuitias expendunt. ⁊ ad maximas miſerias veniūt. Luc. xv. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam in viuendo luxurioſe.

¶ Quinta littera eſt E.i. Eccleſie cōtemptus. Qui cū eccleſia ꝓhibeat ludū fortune: tñ non curant. imo truffant. Et qui truffat eccleſiā: deū truffat. Luc. x. Qui vos ſpernit: me ſpernit. O luſores. O praui. O peruerſi, qui deum ſpernitis.

¶ Sexta littera: ē F.i. furtū. Nā qui dediti ſunt ludo: qñ nō habēt ad ludēdū furant̄. ⁊ patri: ⁊ alijs. O parētes reſpicite bene domū. O artifices qui habetis luſores reſpicite bene: qꝛ opus ē. O peccatum graue.

¶ Septima li. eſt G.i. gula: Qui enī vincunt: ſicut male acquiſierant pecuniā, ita male expendūt: qꝛ eunt ad tabernas. faciunt conuiuia. expendunt in crapulis. Et filij. vxor. ⁊ familia nō niſi cū mala conſcientia comedere poſſunt.

¶ Octaua littera eſt H.i. homicidium. Nam aliquando luſores de verbis veniunt ad verbera. De verberibus ad vulnera. De vulnerib' ad homicidia. O quot occiduntur. Sicut de illo qui occiſus eſt ꝓ vno marculo mantue.

¶ Nona littera: eſt I.i. inuidia fraterna. Nam qui perdit: quādo videt burſam vacuari, ⁊ vincentis plenam inuidet de pecūia. vnde dolet. Ex hoc qñqꝫ ꝓcurat aliquod malū contra ipſum. Dolet. triſtatur. clamat.

¶ Decima: eſt K.i. Cariſtia rei ſ. que ſequit̄ in domo. Modo deficit panis. mō vinum. mō lectus mō veſtis vxoris. it ad iudeum: vxor conqueritur. familia iraſcit̄ maledicit. Vñ nulla eſt pax. Iſa. xx. Nō eſt pax impijs dicit dñs. O luſores. O perſi. O mali.

¶ Undecima: eſt L.i. Laudatio mala: qꝛ ſe laudat eſſe bonū luſorem. vñ de malo ſe laudat. Contra. Prouer. ij. Letant̄ cū male fecerint. Et ps. Laudatur peccator in deſiderijs aīe ſue. Unde eſt peccatū mortale.

¶ Duodecima. eſt M. ideſt mendacium. O quot mēdacia dicuntur ibi. Contra Dauid. Perdes omnes qui loquunt̄ mendaciū. Unde ſunt filij dyaboli. Quia Io. xi. Mēdax eſt. ⁊ pater eius.

¶ Tertiadecima. eſt N. ideſt Negligentia. Nam luſores: propter hoc vt habeant maius tempus ad ludendū: negligunt diuina. miſſas. officia. orationes. predicationes. niſi forte orent vt deus faciat eos vincere. Sed audiam: Amb. Neſcit diuina iuſticia patrocinium preſtare criminibus: Negligunt ſeruare feſta.

¶ Quartadecima. ē O. ideſt odium. Nam odiunt eos qui vincunt eis: ⁊ ꝙ peius eſt deum qui non facit eos vincere. Et in tantum odium prorumpunt al-

quando: vt quod nõ poſſunt ipſi ſceleſti homines facere in perſona dei ⁊ ſanctorũ: faciũt in picturis ⁊ imaginibus quibus miraculoſe aliquãdo exiuit ſanguis. Et aliquãdo tales a diabolo arrepti ſũt ⁊ vexati. Odiũt etiã homines ſe reprehendentes de tanto ſcelere. Odiunt ſeipſos. Q quot ſunt reperti. qui ſeipſos occiderũt. ⁊ iuerunt ſe picandum.

¶ 15. eſt P. ideſt pticipatio ſceleris. Hoc peccatũ a multis participatur. Ab illis qui dant eis pecunias. Ab aſpicientibus. Ab illis q dant eis menſã. A facientib⁹ datos ⁊c. Ro. j. Digni ſunt morte. qui conſentiunt facientibus.

¶ 16. eſt Q. ideſt queſtio litigioſa. Dum vnus dicit ſua pũcta tot fuiſſe: alius negat. vn⁹ dicit vnũ: alius oppoſitum: Quod contra apoſtolus. Honore inuicem preuenientes.

¶ 17. ē R. ideſt Rapina. Aliquãdo quaſi violẽter vnus trahit alterum ad ludũ: vel volentẽ abire retinet inuitum. Et falſos datos ſubmittit. Tũc ē ſicut rapina.

¶ 18. eſt S. ideſt Scandalum: qa hoc vitio ſcandalizantur paruuli. vt cito incitentur ad tale vitiũ: cũ ſit vna coſa gioca. Et in o paterfamilias caſtiga filium.

¶ 19. eſt T. ideſt triſticia. que tanta eſt: vt nihil boni ſciat agere: nec ire ad diuina.

¶ 20. eſt V. ideſt vſura. Si quis vult decem pro centum pro mutuoque exponit: eſt vſura. Sed quid de illo qui cũ .x. florenis exponit ſe ad ludum: ⁊ eadẽ die lucrabit centũ florenos: Vſura ē.

¶ 21. eſt X. ideſt xpianitatis vituperatio. Quia per ludum vituperatur nomẽ dei. Contra illud apoſtoli. Non vituperetur miſterium noſtrũ. Peto a te o luſor. Es tu xpianus? Accepiſti baptiſmum? O pater ſic. Ego dico q non. Quia vt dicitur extra de ꝑbendis ⁊ dignitatibus. c. Cũ ſꝫ apoſtolũ. Chriſtiani dicuntur a xp̃o. Nõ es xpian⁹ ſꝫ iudeus. Ad vos clamo o clerici: q nõ corrigitis talia mala. Propt̃ q veniũt fames careſtie ⁊ alia mala. Pꝫ primum.

Tertiũ dicit ⁊c. Triplici pena punitur hoc vitium. Primo temporali. Exo. 32. Qui populus adorauit vitulũ aureũ indens corã eo: occidit dñs de eis 23. millia. Preterea. 6. Vinc. dicit q quidã pdidit ludẽdo: iratus ſagittã verſus celũ miſit q̃ſi volens deũ percutere: q̃ die. 3. reuerſa eſt ſagitta ⁊ pcuſſit luſorem ſup menſã ⁊ mortuus eſt. Scdo punit pena eternali. De qua Cyrillus ad Aug. refert de quodã nepote ſuo qui orbatus parẽtib⁹ erã educatus. Hic i iuuentute mortuus ē. Apparuit aũt patruo ſuo Cyrillo di. eſſe damnatũ. clamans cũ lachrymis. Pro nulla alia re inquit: niſi q nõ propoſui me abſtinere a ludis ex quibus deũ vituparii. Preterea Ceſarius narrat de quodam milite qui The-

mo vocabatur: ſic erat deditus ludo vt die nocteq; ſemper luderet. Apparuit ei demon in ſpecie hominis enim inuitãs ad ludũ. Cũ autẽ ſuaderet ei demon: vt iterũ luderet quia perdebat. iratus dixit illi. Vere es diabolus. Reſpondit. Sic ſum. Et ſtatim ſuffocauit ipſum: ⁊ mortuus eſt damnatus. Corpus autem ſuper tegulas diabolus diſſipauit p viſcera. Exemplum in vitis patrũ de illo q orauit crucifixũ. Quod peccatum ei diſplicebat. Reſpondit q ludi. in quo nomen dei blaſfematur. Interpone Auguſt. ci. Videntur conſumata nequitia hominũ qui filium dei crucifixerunt. ſed eorum maior qui nolũt recte viuere. Et Job. xx. Tenent tympanum: ⁊ gaudent ad ſonitũ organi: puncto autem ad inferna deſcendunt. Corrigant ſe itaq; luſores ⁊ reuertantur ad dominum: quia ipſe dabit illis gratiã. ⁊ tandem gloriam ſempiternam.

¶ Feria tertia quarte hebdomade de penis inferni.

IAm die feſto mediante: aſcendit ieſus in templum ⁊ docebat. Jo. 7. ¶ Scd'm Nicolaum de lyra. Dies feſtus hic dicit tota illius ſolẽnitatis que durabat per dies. 7. Et ſic medium huius feſti erat in quarto die. Et tunc xp̃s aſcendit ⁊ docebat. Et mirabantur iudei dicẽtes. Quomodo hic litteras ſcit cũ non didicerit? Scd'm glo. Opinio inter iudeos fuit q xp̃s eſſet pauper: ⁊ filius fabri. Mar. 6. Nõne hic ẽ faber? Et Mat. 13. Nõne hic eſt filius fabri? Et per pñs credebãt iſti iudei: q eſſet eiuſdẽ artis cũ patre ſuo putatiuo Joſeph q dicitur fuiſſe faber lignarius. Et probabile vr. q xp̃s eandẽ artẽ exercuit: qr nõ fuit occupatus in ſtudio ⁊ doctrina: vſq; ad triceſimũ etatis annũ: nec ãt fuit intentus ſtudio: ſm qd dr. Quomõ hic lr̃as ſcit ⁊c. Nec eſt veriſimile q tãto tpe fuerit ocioſus. Magis aũt veriſimile ẽ: q fuerit occupatus in arte pr̃is ſui putatiui q̃ in alia. Et hoc vr per opinionẽ iudeorum, Quomõ hic lr̃. ⁊c. Rñdit ieſus. Mea doctrina non eſt mea. q.d. Iſta doctrina que eſt mea approbatiue. ⁊ ſubiectiue. Nõ ẽ mea p exercitiũ humane acquiſitiõis: ſ; eius qui miſit me. i. data eſt mihi a patre. Quia filius ſcd'm naturã diuinã: licet habeat eandẽ ſcientiam cũ patre: tamen habet eam ab ipſo. Secundũ vero naturã humanã: habet aliã ſcientiã. ſ. creatã: nõ tamẽ habet eã per exercitiũ acquiſitã. ſed ab inſtanti conceptionis infuſã. Mea ergo doctrina nõ eſt mea ⁊c. Inter iſtos iudeos erãt tres genera-

tiões peſſime: cõtra xp̃m aduer-
ſantes. Quidã aduerſabant: eo ꝙ
in ſabbato curabat: cum non lice-
ret iudeo aliquid facere ⁊c. Qui-
bus reſpõdit xp̃s. Mihi indigna
mini qꝛ totũ hominẽ ſanũ feci
in ſabbato. Aliquid vos nõ cir-
cũciditis pueros veſtros: Et ani
malia ſoluitis? Multo fortiꝰ cu-
rare poſſũ corpa hominũ in ſab
bato. Alij indignabantur. Quia
querebant eum apprehendere: in
perſona. Quibꝰ reſpõdit. Quid
me queritis interficere? Iudei ma
gnum opprobrium ei intulerũt.
Demonium habes. Sed patiẽs
fuit ad hoc: in exemplum noſtrũ.
Bias philoſophus. Infelix nãqꝫ
nimium eſt qui ferre nequit infeli
citatem. Periander phs. Inter
ſecundas res eſto moderatus: in
ter aduerſas prudens. Alij indi-
gnabantur. Quia omnino mor-
tem in eum querebant. Sed chri
ſtus expandit in eos clamydem
ſue miſericordie. Quia eos con-
uertit a ſua malitia. Unde dicit.
Multi de turba crediderunt in
eũ. Glo. Cepit eos ſpiritualiter:
qui corporaliter volebant eum ca
pere. Quia ſermo dei ẽ hamus.
qui dum capit capitur. Applica.
De penis inferni hodie erit ſer-
mo. Que ſunt quinqꝫ.

¶ Pria. dꝛ cruciatio eternitatis.

¶ Secunda. dicitur priuatio lu-
minoſitatis.

¶ Tertia. di afflictio igneitatis.

¶ Quarta. dicitur aſſociatio ma
lignitatis.

¶ Quinta. dicitur priuatio diui-
nitatis.

PLura dicit ⁊c. Queri
tur dubium. Utrũ pe
na inferni ſit eterna? Ad
hoc due ſũt opiniones.
Prima ꝙ nõ, alia ſic. Prima p-
bat intẽtũ ſuũ duplici mͤ. Pᵒ
auctoritate. Deute. 25. Secundũ
mẽſuraꝫ delicti: ſic erit ⁊ plagaꝝ
modꝰ. Et .16. q. i. c. Siquis. Se
cundũ menſuram delicti: impo
nenda eſt penitẽtia. Et. C. de pe
nis. l. Nequis. Unuſquiſqꝫ ꝓ cri
mine quo fuerit deprehẽſus mo-
dum cognite ſeueritatis excipiet.
Ille. Ad propoſitũ. Culpa pecca
toris in p̄ſenti ſeculo tẽporalis
fuit per. x. uel. xx. annos ideo pu
niri debet temporaliter ⁊ fiet. vt
pena correſpõdeat culpe. Et per
conſequens pena inferni non erit
eterna: ſed momẽtanea ⁊ tempo-
ralis. Secundo probatur exͦ. de
Traiano imperatore: qui precibꝰ
Greg. ab inferis fuit liberatus. Et
per conſequens pena erit tempo-
ralis. Opinio Orig. ꝙ omnes ſal-
uabantur. ¶ Secunda opinio di-
cit ꝙ eſt infinita. Math. 25. Ite
maledicti in ignem eternũ. Rͦ
ſecundum Tho. in. 4. di. 46. q. i.
ar. 3. Et Alb. in Comp. Theolo
gie. li. 7: Qd pena infernalis: eſt
eterna. Qd pbatꝛ triplici rõne.

¶ Primo rõne dignitatis
Secundo ratione voluntatis

¶ Tertio rõne cõtemptibilitatis.

¶ Cõcluſio ẽ phi. in. 6. eth. Quod
pena tagat ſm grauitateꝫ eius in

quē peccatur. Exempli gratia. Quāto perſona eſt dignior tāto pena erit grauior. De pcuſſione clerici ⁊ ſecularis. De papa ⁊ cardinali. De prelato ciue ⁊ principe. Ad ppoſitū. Quicūqȝ peccat mortaliter, peccat in deuȝ: qui eſt bonū infinituȝ. Unde puniri debet pena infinita. Quāuis iudas peccarit tēporaliter vtpote actu finito: tñ peccauit in bonū infinitū. Unde puniri debet pena infinita ⁊ eterna. Quāuis cōcubinarius: ſiue vſurarius, odioſus. blaſſemus. ⁊ tales huiuſmodi faciāt opationē finitaȝ de ſe. tamen peccāt in bonū infinituȝ .ſ. deuȝ. Ergo merito pena debēt puniri infinita. ¶ Scdo rōne ꝛc. In hoc differt iuſtitia humana a diuina iuſtitia: q: humana iudicat ſȝ apparētiā exteriorē: ſm ꝙ extra videt. Sȝ diuina aliter ſe hȝ: q: iudicat ſcdȝ ꝙ intus iacet: q: cor intuet: ⁊ volūtas p facto reputat. Unū de pe. di. i. c. Si cui. §. ſequētt. Uolūtas p facto reputat. Et. 14. q. 5. c. Si qui. Et eꝰ. Fur āt. Et rō. Et homines vidēt q̄ foris appa. rēt: deus āt intuet cor: vt dicitur I. Reg. 16. Et q: volūtas peccatoris vſurarij. auari. cōcubinarij. ⁊ huiuſmodi q̄ diu ē i pñti vita: ita ſe inclinat ad peccatū. ꝙ ſp peccare vellet: ſi poſſet. Ache mio frate Gabriel? Unū ē ꝙ multi veniunt ad mortē: ⁊ nolūt ꝯfiteri. reſtitue re male ablata. odia. ꝯcubinas remittere? Uerē q: ſp peccare vellēt. cū in malis viuer. Et q: deus qui corda pluſq̄ opa cogitat, puniet eos eterna pena ⁊ infinita. Unde Petrus i. 4. dia. Et habet de pe. di. i. c. Uoluiſſent, petit a Greg. Scire vellē pr̄ q̃ro iuſtū ē vt culpa q̄ perpetrat cū fine. puniat ſine fine? Rñdet Grego. Hoc recte petre diceret. ſi iuſtꝰ iudex nō corda hoīuȝ: ſȝ facta pēſaret. Iniqui. n. ideo cū fine deliquerūt: q: cū fine vixerūt. Nā voluiſſēt vtiqȝ ſi potuiſſēt ſine fine viuere: vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtēdunt. n. q̄ in peccato ſemp viuere cupiūt q̄ nūq̄ deſiſtūt peccare dū viuūt. Ad magnā ergo iuſtitiā iudicātis ptinet: vt nūq̄ careant ſupplicio: q̄ in hac vita nūq̄ voluerunt carere peccato: Ille. ¶ Tertio rōne ꝛc. Peccatores qdē cōtēnunt bonū infinitū. ſ. paradiſū quem ſi voluiſſēt potuiſſent eligere. ad quē erāt creati. Sȝ elegerūt malū eternuȝ, deſpicientes eternū bonū. Idō iuſte illis datur eterna pena. Aug. xi. li. de Ci. dei. c. xij. Factus ē dignus malo eterno q̄ in ſe peremit bonū qd̄ poſſet eſſe eternū. O fatuitas peccatorū. Audiūt ſcripturas: audiūt predicatores eis promittētes bonum paradiſi, non curant, ſene ſano beſtie. Unde puniri debent eternaliter, per tot millia annoꝝ: quot ſunt gutte maris. omnium fluminum. oium herbaꝝ. oium rerum. Apoc. 14. Aſcendit fumꝰ tormentorum eorum in ſecula ſeculoꝝ. Rñdeo ad illō Traiani imperatoris. ſȝ Th. i. 4. di. 4ı. ar.

4ᵒ. Quod quatuor fuere opiniones. Prima ꝙ Traianus fuit ad vitaꝫ reuocatus: vbi gr̃am ⁊ veniã ꝯſecutus eſt. ⁊ ſaluus eſt. Secunda ꝙ aĩa Traiani nõ fuit ſimpliciter abſoluta a reatu pene: ſed eius pena vſqꝫ ad diem iudicij fuit ſuſpẽſa: ⁊ poſtmodũ ſaluabitur. Tercia opinio: ꝙ Grego. liberauit animã illius nõ a loco inferni ſed a pena. Quarta eſt ⁊ hec vera. ꝙ aĩa Traiani fuit lib̃ata a pena inferni ⁊ veniam conſecuta eſt: oratiõibus Greg. Quod factuꝫ ẽ nõ ſm legem cõem: ſed ſꝫ diſpoſitioneꝫ diuine ſapientie. Que ꝓuidens Gre. oraturum ꝓ Traiano: nõ dãnauit ipm per ſniam diffinitiuam: ſed ꝑ ſniam ſuſpẽſiuaꝫ: Vñ fuit quoddã particulare priuilegium. Ideo Hieronymus. Priuilegia paucoꝝ ſunt. Et extra de reg. iu. lib. 6. Ea que a lege communi exorbitant: nõ ſũt trahenda in cõſequentiã. Igitur pena ẽ eterna. Job. 19. In inferno nulla eſt ⁊c̃. Aug. Si ſcirem patreꝫ meũ eſſe in inferno: nõ plus orarem ꝓ eo: ꝙ̃ pro diabolo. Exemplũ pr̃is Dominici qui ſcolari quomodo ſaluaret interrogãti dixit. Cogita dãnatoꝝ eternitateꝫ.

Secunda pena ⁊c̃. Queritur modo. Utrum infernus tenebroſus ſit? Arguit quidam ꝙ nõ. Ratio. Qꝛ ibi eſt ignis materialis. q de ſui natura ẽ lucidus. Igitur ⁊c̃. Rñdet Th. in. 4. vbi ſupra. Ric. in. 4. di. 16. Alber. li. 7. Comp. theologie. c. 22. Qđ ſimpliciter locus inferni eſt tenebroſus. nec eſt ibi aliquod lumen. quod viſum delectet. iuxta illud Mat. 22. Mittite eũ in tenebras exte. Sed tñ diuina iuſticia permittit ibi aliquod lumen eſſe per qđ dãnati videre poſſunt ſe mutuo. vnde doleant ⁊ triſtentur. Unde Grego. 9. moꝝ. Ignis inferni: cuius ad cõſolationẽ non luceat: tñ vt magis torqueat ad aliquid lucet. Uidebũt ſe mutuo in ſupplicio illo. Pater filiũ. mater filiam. amicus amicũ. Ex qua viſione. dolor cauſabit. O ꝙ̃ dolẽda erit illa hora. Exẽplũ in libro de. 7. donis. Cũ quidã vſurari⁹ infirmaret: cõpulſus ẽ a pr̃e ſpũali reſtituere. nolẽs: ſic mortu⁹ ẽ. Duo filij remãſerũt. Un⁹ dãnatus iſt: quia bona pr̃is ex vſuris acquiſita noluit reſtituere. Alius ingreſſus religionem deuꝫ orauit demõſtraret ſtatũ eoꝝ. Cõceſſuꝫ eſt ſibi: ⁊ vidit ambos i tenebris denſis inferni: ⁊ patrem ſub filio eũ blaſſemanteꝫ. ⁊ filius econuerſo patrem. Poſtꝙ̃ ambos deſperatione Deum omnipotentem maledicetes. ꝙ in taꝫ vili ⁊ ignominioſo loco concluſiſſet. Infernus ergo eſt loc⁹ tenebroſus. Sꝫ queris anima cara. Quare ibi ſũt tenebre? Reſpondeo ꝙ ſol nõ poteſt expandere lumen ſuum. cum infernus ſit in centro. vt habent Theologi in. 4. di. 43. Sꝫ nota. ꝙ quatuor ſunt in inferno loca. Purgatorium. Lymbus

ſanctorum patrum. Locus puerorum. Ultimus dānatorum. O pater care dic mihi queſo: quare magis eſt ſub terra: ꝙ alibi aut in aquis aut in montibus? Rñdent doctores Th. in. 4. di. 47. ar. 2°. Et. d. l. Ric. in. 4. di. 42. Quod eſt ſub terra. triplici rōe. Primo ratione elongationis. Quanto peccator plus in peccato moratur: plus a deo ſe elongat per gratie remotionem. In ps. Lōge a pctōribus ſalus. Et Prouer. 15. Lōge eſt dominus ab impijs. Piu lontano da dio. ch nō ſu loriente dal occidente. Ad propoſitum. Cum ergo ſit a deo elōgatus per culpam conueniens ē vt locus ei remotiſſimus detur. Et hic ē infernus remotiſſimus a paradiſo. Secundo ratiōe dilectiōis. Amore carnis peccator peccauit. e de queſto corpezo triſto. Quia ergo amore carnis peccauit: exhiberi debet quod exhibetur carni mortue. Caro mortua daſ ſepulture in terra. igiſ ⁊ merito ⁊ peccatoris anima: reconditur ſub terra. ſ. in iferno. Tertio ratiōe derelictiōis. Q: dereliquerūt eternū bonū pp pcm̄ ⁊ propter vilia. ideo res vilis daſ ei ſcilicet terra. Aug: Nulla eſt maior ſtultitia ꝙ pp bonū momētaneū pdere bonū eternū. Mō pbatur exēplo Macharij: q̄ caput pagani reppit in heremo. a quo queſiuit vbi erat. Rñdit ꝙ erat dānatꝰ. Scd̄o q̄ſis pena maior ſua: an chriſtiani? Dixit xpiani plus maiorē eſſe penā ꝙ paganorum: quia deum neſciūt. Tertio. Si erat magnꝰ ignis inferni? Rñdit. ꝙ quantū celū diſtat a terra. De hac tenebra. Iob x. Dimitte me vt plangam paululū dolorē meū anteꝙ vadā ⁊ reuertar ad terrā tenebroſaz ⁊c.

priuata. ſponſã ſuũ plorat. Tre. 1. Plorãs plorauit in nocte. et lachryme eius in maxillis eius. Nõ eſt qui cõſoletur eam. Scḋo ſol qui hodie ſuos abſcõdit radios. Matth. 27. A ſexta hora tenebre facte ſunt ſup vniuerſaꝫ terram. Quod videns Dionyſius athenis dixit. Aut tota machina deſtruit: aut deus nature patitur. Tertio ois creatura irrõnalis. Hiero. ſuper Math. Ois creatura cõpatitur xpo morienti. Sol obſcuratur. Terra mouet. Petre ſcinduntur. Velum tẽpli diuiditur. Sepulchra aperiunt. Quarto ãgeli. Iſa. 34. Angeli pacis amare flebũt. Quinto Maria virgo. Quã ſi pie voluerimus cõtẽplari. Videbimus eã meſtam. facie ſqualida. crinibus ſparſis. ante crucem ſtantẽ. et querula voce dicentẽ. O fili mi: quẽ de ſpiritu ſancto ↄcepi: nunc inter latrones te video. O pater eterne cõpatere matri: et tuũ plange filiũ. O angelici ſpiritus: et vos plangite mecum. O corpora celeſtia plangite: qui vos creauit. O quatuor elemẽta. O populi oẽs. O vidue. O virgines. O coniugate. oẽs mecum plangite. Nec immerito hec dicebat. Nã oẽs dolores partus et mortis hodie ſibi fuere reſeruati: qꝛ ſuper oẽs diſſe xit filiũ. Ideo ſtabat iuxta crucem Ieſu mater Io. 19. Sexto xps qui dixit. O vos omnes: q̃ tranſitis per viã attendite et videte: ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Ideo quia mortuus eſt pro nobis peccatoribus debem' cõpati: iſte debemus nos ↄtinere a lachrymis: ſed potius plangẽdo imitare inſenſibiles creaturas: vrſuo modo cõpatiant filio virginis in cruce pendenti. Unde eccleſia hodie nigris veſtita dicit ſecularibus. Hodie ſi vocẽ eius ꝛc. O fideles mei ſi vocem ꝛc. i. ſeptẽ verborum: que dixit in cruce. Primũ Pater ignoſce. Scḋm Amẽ dico ꝛc. Tertium Mulier ꝛc.

Quartũ Sitio. Quintũ Heli ꝛc. Sextum In manus ꝛc.

Septimum Conſũmatũ eſt. In quibus verbis. quinqꝫ erunt myſteria videnda.

¶ Primuꝫ. dicitur neceſſitatis.
¶ Scḋm. dicitur acerbitatis.
¶ Tertium. di ſententiationis.
¶ Quartũ. dicitur crucifixionis.
¶ Quintum. dicit depoſitionis.

¶ Primũ. dicitur ꝛc. Querit a doctoribus Theologis. Utrum fuerit neceſſarium Chriſtũ mori pro humano genere? Rũdeo ſꝫ Tho. 3. p. q. 66. Ricar. in. 3. diſ. 20. ar. 1. Alexan. de ales: in. 3. p. ſue ſũme. Anſelmũ in li°. Cur deus hõ. Quod duplex eſt neceſſitas. Abſoluta. et ↄditiõata. Quoad primaꝫ: nõ fuit neceſſariũ xpꝫ mori. Et rõ eſt. Qꝛ cum deus ſit oipotens. aliꝫ erant modi ad ſpũm liberandũ. In ps. 32. Dixit et facta ſunt. Idẽ. Oia quecunqꝫ voluit fecit. Et Matth. 14. O rabat patri. Abba pater ois tibi poſſibilia ſunt. Unde aliꝫ erant modi ad

ipſum ec. Uñ Aug. li. 13. de tri.
c. x. Si quereretur utrum alio mo-
do potuerit genus humanũ libe
rari ꝙ per mortẽ filij dei: dicimus
ꝙ alius modus poſſibilis ei fuiſſe
cuius poteſtati oĩa ſubiacent. Sʒ
ſi loquimur de ſua neceſſitate: di-
cimus nõ fuiſſe meliorẽ modum
ꝙ qui erat inuiſibilis. imortalis.
impaſſibilis viſibilis. mortalis.
ꝛ paſſibilis. efficeretur. Que neceſ
ſitas ꝓbatur vera triplici rõne.
¶ Prĩo. rõne ſatiſfactionis.
¶ Scdo. rõne oſtenſionis.
¶ Tertio. rõne legitimationis.
¶ Primo rõne ſatiſfa. Cõcluſio
eſt cano. 14. q. 6. c. Si res aliena.
Et extra de regu. iur. Nõ dimit
titur peccatũ ꝛc. Et Tho. in. 4. di.
15. Reſtitutio mali ablati ẽ neceſ-
ſaria ad ſalutẽ. Ad ꝓpoſitũ. Adam
fecit furtũ in paradiſo. qꝛ tulit de
fructu. inuito dño. Gen. 3. Unde nõ
poterat abſolui a peccato illo ni-
ſi prius ſatiſfaceret de furto. Sa
tiſfacere aũt nõ poterat. Nec ali
qua pura creatura. vt dicit Cri-
ſo. ſup Mat. Et Alex. de aleo in
3 ſen. Et hoc rõne infinitatis vt di
ximus dñica preterita. Jõ erat ne-
ceſſariũ xp̃m mori: vt pro nobis
pu ſatiſfaceret. Unde Iſa. 35. De⁹
ipſe veniet ꝛ ſaluabit nos. Et dã
teo li. terſo para.

Nõ poteua lhõ ne tet niſun ſoi
May ſatiſfar per non poter ir
chiuſo.
Cum humilita obediendo poi.
Quito diſubbidiẽdo ireſo i ſuſo
Et queſta la cagiõ perche lhõ ſue.
Da poter ſatiſfar da ſe diſchiuſo.
Dunq adio conuenia colle vie ſue.
Riparar lhuom a ſua intera vita.
Dico luna: ouer cõ ambe due.

Et ſic pʒ prima ratio. Secũdo
rõne oſtẽſionis: vt hoi oſtẽderet
amorẽ ꝛ charitateʒ quã illi habe
bat: qui pro eo mori voluit: vt ſic
homo feruentius bene operare-
tur. Unde aplis Ro. 5. Cõmen-
dat aũt deus charitatem ſuam in
nobis: qm̃ cum eſſemus inimici.
reconciliati ſumus deo. ſ. ꝓpter
eius paſſionem. Et Jo. 3. Sic de
us dilexit mundũ vt filium ſuuʒ
vnigenitum da. vt o. q. c. i. e. n.
p. O immenſa bonitas ieſu xp̃i.
qui mori voluit pro nobis. Un-
de Gre. in benedictione cerei. O
mira circa nos ꝛc. Unde bene in
deſclamauerunt Pilato. Secũ
duʒ legem dʒ mori. Secundum
ſcm̃. Tho. 1. 2. q. 91. triplex ẽ lex:
ſm̃ quas debebat mori: nec aliter
fieri poterat. Prima lex eterna
lis. Secũda lex naturalis. Ter
tia lex diuinalis. Prima ꝛc. Ab
eterno fuit predeſtinatũ Chriſtũ
mori. Ideo ſecundũ hanc legem
dicimus fuiſſe moriturum. Un-
de Luc. 22. Filius quidem hoĩs
va. ſicut ſcriptum eſt de illo. ſ. ab
eterno. Et ex hoc aliqui volunt:
vt dicit Alex. 3. par. q. 1. Quod
ſi Adam non peccaſſet rõe huius
predeſtinationis legis eterne: chri-
ſtus incarnatus ꝛ mortuus fuiſ-
ſet. Igitur ſecundũ legeʒ eternaʒ
debet mori. Secũda lex eſt natu
ralis que ob Iſido. li. 6. Ethy.

ſic deſcribit. Mõ eſt quidã inſtin ctus naturalis cõis oim. Ex hoc naturali inſtinctu legimus in ſecundo de aialib⁹ Alberti magni. qꝫ ſunt quedã aialia que inſtinctu natura ĩ inducta. ſibi ipſis morẽ pcurãt vt patet de Fenice. Que poſt quingẽtos annos cũ ſit auis ſola: igne ſuccenſo ⁊ ſibi parato ſe ipſam pijcit ⁊ occidit. Preterea ⁊ Pelicanus ſeipſum rostro occi dit: ⁊ ſanguinẽ de gutture emittit: vt filios ſuos foueat. Nã ſerpẽs perſequit Pelicanũ ⁊ dũ ab eſt nidũ intrat ⁊ pullos occidit. Pelicanus rediens tribus diebus pullos ſuos plãgit: tertio die roſtro ſe vulnerat: ⁊ de ſanguine ſuo aſpgit ⁊ viuificat. Ita xps benedictus filios ſuos ſanguine viuificat a diabolo occiſos atqꝫ fouet. Scdm legẽ hãc naturalẽ debet mori. Tertia lex ⁊c. Uetus teſtamentũ clamat. Clamãt patriarche, clamãt prophete oẽs xpm mori debere. Ut prophetarũ dicta impleant: oportet mori. O iesu benigne. ¶ Tertio ratione ⁊c. Uolũt iuriſte. C. de accuſa. Et cano. 14. q. 1. c. Silueſter. Qui ex adulterio eſt natus: non eſt capax hereditatis niſi legitimet. Ad ppoſitũ. Uſqꝫ ad hanc diẽ ex peccato primoꝝ parentũ: natura eſſecta eſt ſpuria. Dd in ps. Ego ſeruus tuus ſũ ⁊c. Et philoſoph⁹. Natura hũana multiplicit eſt ancilla. Sed hodie chriſtus per ſuum ſanguinẽ legitimauit nos: ⁊ capaces fecit hereditatis eterne. Unde poeta vulgaris.

Per leuar lo exceſſo de lhomo rio.
Conuien morir il ver fiol d dio.
Chi no el padre cum lhomo o far pace.
Et aſpra morte d chriſto verace.

Et ſic patet rõnib⁹ xpm mori neceſſarium fuiſſe. Unde dicit. Hodie ⁊c. Incipit ordo hiſtorie paſſionis. Cũ eni xps benedictus feciſſet illud miraculũ miro mõ ſtupẽdũ de ſuſcitatiõe Lazari feria. 6. añ dñicam de paſ. vt ſunt hodie dies. 14. Fuit autẽ adeo omnibus notũ: qꝫ iudei inceperunt inuidere xpo: eo qꝫ populus ex miraculis ⁊ vita bona. eum ſequebatur. Unde videntes phariſei ⁊ ſcribe ſigna magna ⁊ lazari miraculũ inuidebant qui inuidia erant pleni. Quia iuxta Hiero. in epitaphio. ꝯ. Paul. Semp virtutes pſequit inuidia. Ipſe quoqꝫ dñs noſter ieſus xps zelo iudeorũ crucifixus ẽ. Statiꝫ poſt. 6. feriã ꝯgregati ſunt in domo Cayphe. qui erat pontifex anni illius ⁊ populum regebat anno illo. Et dixerũt illud Jo. xi. Quid facimus: qꝛ hic homo multa ſigna facit: Si dimittimus eũ ſic. oẽs credent in eum. ⁊ venient Romani ⁊ tollent locũ noſtrũ ⁊ gentẽ. Scdm Th. in Cath. Romani ordinauerũt vt nullus rex ꝯſtitueret niſi put ipſi mandarẽt. Et iõ timuerũt qꝫ ſi romani audirẽt qꝫ xpm regẽ ꝯſtituerent venirẽt ⁊ locũ ⁊ gentẽ accipiẽt: eo qꝫ pactũ

fecerit cū romanis nō hñdi aliū regē q̄ Cesarē. Unus aūt ex eis Cay. noīe surgens dixit. Uos ne scitis quicq̄ nec cogitatis. Expedit eni vt vnus homo moriat̄ p populo ⁊ nō tota gēs pereat. Aliā intentionē habuit Cay. aliā spirit⁹ sanctus. Intēdebat Cay. vt xp̄s occideret̄ priusq̄ a romanis captiuarent̄. Spirit⁹ aūt sanctus: q per os suum pphetauit intellexit expedire ut xp̄s occideret̄ vt homo liberaret̄ de manu dia. Ab illo aūt die cogitauerūt eū interficere. Unde ad ꝯsiliū istius Cay. cōcordauerūt q̄ mori deberet. De hoc ꝯsilio dicitur p os dd̄ p̄s. 14. Cōsiliū fecerunt in vnū. Et Jo. xi. Collegerūt pontifices ⁊ pharisei ꝯsiliū aduersus xp̄m. Scribit in decretis. xi. q. 5. c. Pamp. q̄d in omni ꝯsilio vbi agit̄ de crimine aduertat̄ ne ꝯdemnet̄ innocēs: ne pretermittatur ordo iuris neīn aio iudicis sit iracūdia. Sz in ꝯsilio istoꝝ totū oppositū fuit. Ideo fuit iniquū ⁊ iniustum. De hoc ꝯsilio impleta est pphia. ⁊ figura. Primo pphia. Isa. 30. Ue filij desertores vt faceretis consiliū sed nō ex me ⁊ ordiremini telam ⁊ non per spiritū meū. Secūdo figura. Gen. 17. d̄ Joseph. Ecce somniator venit venite occidamus eū ⁊c. Unde cōparatur Aui paradisi. de qua Alber. xi. de aīalibus que ab oībus auibus audiditur, ppter dulcem cantū: nisi quidā serpentes qui fugiunt in cauern's. Moraliter. Hec auis est xp̄s: qui dulciter cantauit in sermonibus suis. quos libenter audiebant persone innocēte. Sed serpentes. i. pharisei ⁊ scribe qui nō poterant ipsum audire fugiebant eū ⁊ in latibulis cōsilia faciebant: Unde ipse p os Dauid: in p̄s. 40. d. Uerbū iniquū constituerūt aduersum me. Ex hoc cōsilio. ista dn̄ica dicitur de passiōe: qr tunc christi mors fuit ordinata. Sciens aūt iesus q̄ eius mors fuerat ordiata quē nil latet. Heb. 14. Oīa nuda ⁊ aperta sunt ⁊c. In p̄s. Dn̄s scit cogitationes hominū ⁊c. de ptib⁹ illis abscessit ⁊ abscōdit se i quodā deserto: qd̄ erat iuxta ciuitatē noīe Effrem: qr nōdū erat hora ei⁹ ⁊ ibi manebat cū aplis suis. Rex autē Abagarus q lepra vexatu detinebat̄ sciēs xp̄z ibidē esse misit lr̄as dicēs. Abagarus Eucanie frater Jesu saluatori nr̄o salutē. Intellexi q̄ sine medicinis infirmos sanas. mortuos suscitas. cecos illuminas. Unde de duobus vnū credo aut q̄ sis deus in forma hominis. aut fili⁹ dei. Ideo rogo vt ad me venias dimissis iudeis: ⁊ te cū meis honorabo. Tūc iesus rn̄dit. De hoc q̄ credis de me bene facis: qr beati q nō viderunt ⁊ crediderunt. Uenire autē ad te nō possum: qr oportet opus obedientie patris mei implere qui me misit: tamen breui mittā vnū ex meis apostolis. q curabit te a lepra tua. Et ille fuit. b. Thade⁹. In isto igit̄ deserto stetit vsq3 ad sabbatū. quod

eſt ante palmarū dñicam: In iſto ſabbato receſſit ⁊ cepit venire verſus hierl'm. Et veniēdo tráſiuit p partes Samarie ⁊ Galilee. Dicebatq apoſtolis ſuis. vt habetur Mat. 20. ⁊ Luc. 18. Ecce aſcēdimus hieroſolimā: ⁊ pſūmabunt oia que ſcripta ſunt de filio hoīs. Sicut ad amicos ſuos ſuā reuelat paſſionē. Cur dixit de filio hoīs ⁊ ñ de filio dei? Rñdeo ſm Th. i Cathe. q ea q̄ ſcripta erāt de ei⁹ paſſione: ad ei⁹ hūanitatē ptinebāt: q̄ ſola paſſa eſt. Sequit. Tradet enim gētibus. i. phariſeis. Tradetur a iuda. ⁊ iudeis. a pilato. Et illudet Primo ab herode. Sedo a pilato. ⁊ militibus. Tertio a iudeis. Glo. q ce. Et nō itellexerūt verbū. Quare hoc. cū eſſent verba leuia? Rñdeo ſm Tho. vt ſupra. Quod tribus rōnibus. Primo qr nimis amabāt eū. Ideo eius mortē audire nō poterant. Sicut mater que filiū diligit nimis tenere: nō poteſt audire verbū de ei⁹ ſeparatiōe. Secūdo qr credebāt verū eſſe deū. Unde ſuſpicari nō poterāt ipſū fore moriturū. Tertio qr credebāt ipſum parabolice loqui ſicut ipſe faciebat. Deuenit tandē Bethaniā ad caſtrū Marthe. In hoc poſſumus videre q mortē propria volūtate ſuſtinuit. Unde de hoc aduētu impleta eſt duplex prophetia. Prima Iſa. 53. Oblatus eſt: quia ipſe voluit. Secundo Dauid in ps. 39. Facere tuam voluntatem deus meus volui. In Bethania erat mater ſua. Quem videns ait. Bene veniat filius meus: quem non vidi iam pluribus dieb⁹. Simon vero leproſus quē dominus ſanauerat. fecit Chriſto. aplis. ⁊ Lazaro conuiuiū grāde. In quo erāt plures iudei qui illuc venerāt. vt Lazarū ſuſcitatū viderēt: ⁊ audirēt aliquid de alia vita. Lazarus autem loquebatur de alia vita. De paradiſo. inferno. ⁊ ſimilib⁹. Et xp̄o exiſtente in cena cū apoſtolis. Maria magdalena accepit vas vnguēto precioſo plenum. ⁊ effudit ſuper caput Ieſu. ⁊ vnxit pedes eius ⁊ extersit capillis ſuis. Et domus impleta eſt mellifluo odore illo. Sed querit dubiū: Cur magdalena nō fecit hāc vnctionē ante cenā vel poſt? Reſpondeo ſm Augu. lib. de verbis domini. Quia iudei qui venerūt ad videndū Lazarum ipſum interrogabāt de alia vita ⁊ de morte. Et ſi dolor mortis erat ita magnus. Iuxta illud phi. 3. Ethi. Mors eſt vltimū terribiliū. Et lazarus dicebat q nō eſt creatura viuens que poſſet imaginari illū dolorē. Tunc chriſtus audiens ⁊ ſciens q cito debebat probare illum dolorē mortis fortiter cepit ſudare ⁊ tremere: qr erat homo ſicut nos. quoad humanitatē. Et qr Maria magdalena hoc viderat. accepit vnguētū vt eum cōfortaret. Unde eum vnxit: qr ab eo ſepe audierat illum moriturū. De hac ſacra vnctione impleta eſt prophetia. Dan. 9. Septua-

ginta hebdomade abbreuiate ſūt
ſuper populum tuum vt deleat̄
iniquitas & finem accipiat pecca
tum. & vngatur ſanctus ſanctoꝝ.
Uidens autem iudas vnguenti
effuſionem: cum poſſet vendi q̄r
erat magni valoris vertit ſe ad
alios dicens. Ut quid perditio hec
vnguenti facta eſt? Alij indignaban
tur ꝓp pauperes: quibus iudas ꝑ
ſuaſerat. Iudas dicebat propter
lucrū quia fur erat & loculos ha-
bens: ea que mittebantur ipſe por-
tabat. Habebat enim vxorem &
filios quibus dabat iſta bona que
furabatur. Sciens ieſus indigna
tionē iude & alios: ait dixit. Ut quid
moleſti eſtis huic mulieri? Opus
enim bonū operata ē in me. q. d.
Hoc fecit ex intentione pietatis.
Quia chriſtus inquantum homo
pauper fuit: hoc fuit opus pieta-
tis. Inquantū vero deus opus
fuit deuotionis. Et meli⁹ fuit hoc
facere chriſto: q̄ alijs pauperib⁹.
Unde dixit. Pauperes ſemꝑ ha
bebitis vobiſcū: me aūt nō ſemꝑ
habebitis. ſ. ad preſentiā corpora
lem quomodo nunc. Preuenit
vngere corpus meū in ſepultu-
ram. quaſi dicat. hoc fecit ad pre-
bendū talē deuotionē qualis ſolet
dari corporib⁹ ſepeliēdis. Unde
nō debetis murmurare. Quādo
apoſtoli hoc audierunt penitentiā
egerūt: Iuda excepto. Iudas aūt
ſe cogitebat quomodo poſſet lu-
crari valorē vnguenti effuſi. Ue
niente autem dominica oliuarū:
dominus ieſus receſſit de Be-
thania & ibat verſus hieruſalē cū
apoſtolis ſuis. Et cū appropinq̄ſ-
ſet Bethphage iuxta montē oli-
uarū qui ē villa: vocauit Petrū
& Philippū dicēs. Ite in caſtel
lum qđ contra vos ē. Caſtellum
hoc erat hieruſalē. Sed queritur
quare nō dixit ciuitatē. cū eēt me-
tropolitana ciuitas? Rñdeo ſcđm
Tho. vbi ſupra. q̄ duplici ratiōe.
Prima ſm phm in politicis. q̄r
ciuitas dr̄ a ciuiū vnitate: vniōe
ꝑuata erat. & magis erat odio re-
pleta. Scđa ratio. q̄r reducenda
erat in modū caſtri ꝓpter xp̄i paſ
ſionē a Tito & Ueſpaſiano roma-
nis. Inuenietis aſinam. Iſta erat
deputata pauperib⁹ ad aq̄ꝫ accipi-
endā q̄r ciuitas in mōte ſita erat.
De iſta aſina impleta ē ꝓphia Za
cha. ix. Ecce rex tuus venit tibi
manſuetus ſedens ſuper aſinam.
Que aſina ſpiritualiter ſignifica-
bat naturam humanā que erat li
gata in manu diaboli. Unde ipaꝫ
deduxerūt ad xp̄m. Interim no
ue vadūt hieruſalem: q̄ ieſus naza-
renus venit hieruſalem. Statī pui
& magni obuiā xp̄o gaudentes
occurrerunt: vt illū honorarent.
q̄r ſteterant plures dies q̄ ipſum
non viderāt. Eundo pueri clama
re ceperunt. Oſanna filio Dauid
&c. Alij ramis in via & veſtimen
tis ſuis ſternebatur. Et fuit maior ho
nor quam vnq̄ꝫ habuerit in pre-
ſenti vita. Phariſei hoc viden-
tes murmurabāt aduerſus apo-
ſtolos: quibus dixit chriſtus. Si-
nite illos. Quia ſi pueri tacebūt?

lap'des clamabūt. Appropinquās autem ciuitati fleuit ſuper illam dicēs. Si cognouiſſes ꝛc. Secundum ſententiā Th. vbi ſupra ſex vicibus fleuit piiſſimus ieſus in preſenti vita. Primo in ſua natiuitate. Sap. 7. Primam vocem ſimilē omnibus emiſi plorans. 2° in circumciſiōe. 3° in morte lazari. 4° ſuper ciuitatem hodie. 5° cū lachrymis ⁊ clamore in cruce. Hebr. 5°. Cū clamore valido ⁊ lachrymis offerens. 6° iude peccatum. Cum vidiſſet eū ait euangeliſta: turbatus ē ſ. ieſus. Super quo Aug. Dominus noſter delictū iude fleuit. O quanta dei miſericordia. Tradit' pro traditore dolet: pditus pro pditore turbat. Sed quare fleuit ſuper ciuitatē? Reſpōdeo ꝙ duplici de cauſa. Prima ppter ciuitatem que debebat funditus euerti. Secunda ſuper ſeipſū fleuit: conſiderans confuſionē que debebat ſequi, que fuit iuxta qnqꝫ honores. Prim' fuit honor obedientie apoſtolorū ad ſoluendū aſinam. Confuſio ſequitur: quia eū negauerunt. Secūdus honor: qr populus eū aſſociauit. Confuſio ſequitur: qr hodie aſſociauerunt eū extra ciuitatem. poſita ſuper hūeros ꝯ cruce. Tertius. qr populus cum ramis comitatus ē. Cōfuſio ſequit: qr ramis ⁊ flagellis fuit crudeliter flagellatus. Quartus apoſtolorū ſuppoſitio. Cōfuſio ſequitur: quia fuit denudatus in cruce. Quintus fuit laus ⁊ cantus. d. O ſanna filio dauid. Cōfuſio ſequitur: qr omnes in die veneris ſancta clamauere. Crucifige ꝛc. Tolle eū. Uah qui deſtruis ꝛc. Quid ergo mirum ſi dñs fleuit cum honoraretur: Juſtus enim ⁊ prudēs cū honorat. non gaudet ſed timet. ſciens ꝙ gloria mundi huius cito tranſit. Unde Sen. Omnis fortune felicitas inſtabilis eſt. Et Boe. de cō. Quid me felicē totiens iactaſtis amici? Qui cecidit: ſtabili non erat ille gradu. Et Vulg.

Conuien chal lachrimar lalma cō
ſenta.
A ſi ochi triſti p̄ langioſa dolſa:
Chel iuſto pianto ſo quāto contēta
A chi ha virtu ſegue honore:
Licito e il pianto p̄ cotal dolore
A chi fu felice ⁊ e cadino.

Sequitur. Intrante ieſu ciuitatē cōmota eſt ciuitas dicens: Quis ē hic? Dicebāt eis. Jeſus nazaren'. Iuit in templū primo: quia Math. 7. Primū querite regnū dei. Et inuenit ꝙ ibi fiebant mercata. Iratus flagellū fecit ⁊ dixit eis. Scriptum eſt enim. Domus mea domus orationis vocabit. Uos aūt ꝛc. Auferte iſta hinc: ⁊ eiecit eos de templo. Super quo dicit Hiero. ꝙ nunꝗ̄ legimus chriſtū irā oſtendiſſe niſi hic. Multa enim opprobria ſepe audiuit ⁊ nunꝗ̄ vindictam expetiit: niſi modo. Et ratio hec eſt. Quia ille alie iniurie erant ſue proprie, ideo eas vindicare noluit. Iſta autē erat patris iniuria. Ut daret exem[plū] ꝙ ſu

propriis iniurijs patientiam ſer-
uemus. Sed in his que ſunt dei
non. Sed queritur. Mirū quo
modo iudei talia ſuſtinerēt? Re-
ſpondeo ſm̄ Tho. vbi ſupra. Quia
de facie chriſti exibat quidam ful
gor mirabilis qui oēs intrinſecus
conuertebat. Unde nullus eū tradi
cere audebat. Immediate hoc fa
cto cepit predicare: ⁊ acceſſerunt
ad eum plures infirmi ⁊ ſanauit
eos. Ubi dicit Aug. in lib. de cō-
ſenſu euange. Quod xp̄s tāta mi
racula fecit in his tribus diebus:
quanta fecerat tp̄e elapſo. Viden
tes hec phariſei acceſſerūt ad Je
ſum dicentes. Quod ſignū oſtē-
dis nobis: qr̄ hec facis? Et ſic Je-
ſus volens oſtendere ſuā mortē
dixit eis. Soluite: id eſt ſoluetis
tēplum hoc per mortē: ⁊ in tri-
duo excitabo illud. i. tertia die cū
a mortuis reſurgam. Et tunc ap
parebit vere ꝙ ſū deus: ⁊ ꝙ mi-
hi pertinet habere curā de tēplo
iſto ⁊ domo patris mei. Judei
nō intelligentes dixerunt. Qua-
draginta annis edificatum eſt tē-
plū hoc ⁊c̄. Non intelligebant
de cē. Facto aūt veſpere iterū re
dijt in Bethaniā ad domū Laza-
ri ⁊ ſororꝝ: qr̄ forte nullus eum in
hieruſalem inuitauit ad prandē-
dum. Feria ſecūda poſt palmarū
ramos. venit iterū Jeſus in tem
plum ⁊ cepit predicare de die iu-
dicij. Erunt ſigna ⁊c̄. ⁊ predixit
illa ſigna que preuenient iudiciū.
⁊ hoc totū vt timore iudeos de
terreret a peccato: ⁊ poſtmodum
miracula fecit. Iterūqꝫ redijt in
Bethaniā. Feria tertia venit de
Bethania in tēplum: ⁊ ibi predi-
xit ſuam paſſionē dicens. Si exal
tatus fuero a terra. ſcilicet ſuper
crucē oīa traham ad me ipſum.
Tunc iudei obtulerunt mulierē
in adulterio deprehenſam ⁊ ipſū
examinauerunt: vt in ſermone il
lum cōprehenderent. Magiſter
modo hec mulier ⁊c̄. Et ieſus.
Qui ſine peccato eſt veſtrū ⁊c̄.
Unde abſoluit eam dicēs: Uade
⁊ noli amplius peccarē. Uñ ſubiū
xit iudeis. Amodo non me vide
bitis donec dicatis. Benedict⁹ ⁊c̄.
Receſſit ab eis ⁊ iterū venit in
Bethaniam: ⁊ ſtetit ibi per totam
diē Mercurij. Principes autē
ſacerdotum videntes Jeſū abijſ
ſe: habentes in memoria verbū
illud quod dixerat. Non me vi-
debitis: putauerunt ꝙ vellet ſub
terfugere ab eis. Congregati ſūt
feria. 4. mercurij in atrium prin-
cipis Cayphe: ⁊ ibi conſilium fe-
cerunt: vt Jeſum dolo tenerent
⁊ occiderent. Non de morte cō-
ſilium: qr̄ iam ordinata erat: ſed
de modo capiendi: Unde dice-
bant adinuicem. Non in die fe-
ſto: ne populus qui ipſum diligit
adiuuet. Alij dicebant in die feſto
hora cene: quoniam omnes ſunt
in domo. Sed deo inſpirante ſta
tutum eſt: ꝙ ea die qua agnus de
bebat immolari. ſcilicet in die Pa-
raſceues. Tunc iudas ſcarioth
audiens hos congregatos abijt
ad eos in die mercurij: ⁊ in con-

Christo locutus eſt principibus dicens. Quid vultis mihi dare ꝛ ego eum vobis tradam? In voluntate eoꝝ poſuit preciũ: ad modum latronum volentium de reb' furtiuis ſe expedire. Qui audientes gauiſi ſunt. At illi obtulerunt ei triginta argenteos. Dies mercurij carnes comedi nõ debẽt: quia eo die vendita eſt caro chriſti. O iuda peruerſe: vt quid vendis dominum tuum? O iuda quam retributionẽ facis illi qui te de mundo vocauit. peccatũ dimiſit. procuratorem te conſtituit. miracula faciendi poteſtatẽ tribuit? Super quo clamat Bernar. O iuda mercator peſſime. O ꝓditor auariſſime: cur non petijſti a matre triginta argenteos? Et qꝛ paupercula erat aut mẽdicaſſet aut ſe ipſã potius vẽdidiſſet: dediſſetq; tibi pciũ ne filiũ ſuũ proderes innocẽtem. Hec ille. De hac ꝓditione ipleta ẽ ꝓphetia ꝛ figura. Primo ꝓphetia. Zach. xi. Appẽderũt mercedẽ meã. 30. argẽteos. Scḋo figura. Gẽn. 37. ḋ Ioſeph: qñ fuit a fratribus ſuis venditus Iſmahelitis. 10. argẽteis. Gotofred' viterbiẽſis in ſuo Panthẽõ dicit de iſtis argẽteis. Qḋ rex aſſyrioꝝ Ninus fecit fieri hos denarios eis ipreſſa figura regia. Qui nũmi venerunt ad manus abrae ꝛ eos portauit in Canaan quando iuit cum Sarra vxore: ḋ quibus emit agros. His etiam ẽ emptus Ioſeph ab Iſmahelitis. Quos tenuit Phares in capſa ſua Regia auſtri obtulit eos in templo dñi. Quos Nabuchodonoſor expoliato tẽplo detulit ĩ Babiloniã: ꝛ dedit ſtipendiarijs ſuis: ꝛ illi regibus ſabba. ꝛ illi ad nutũ ſtelle chriſto obtulerunt. ſcʒ aurũ. Dicit aũt: qꝛ antiquitus oẽ metallũ. argẽtum. vocabat ẽt auꝝ. Ex his pecunijs vẽditus eſt chriſtus. Hec ille. Ad ꝓpoſitũ iudas autẽ ex hoc querebat opportunitatẽ vt illũ traderet. Cras inquit eis veniã ad vos qñ videbo horã ꝛ in oibus dirigã vos: vt ñ erretis. Et do vobis hoc ſignum captionis. Quẽcunq; oſculat' fuero ꝛc. Et hoc dixit propter Iacobũ minorẽ xp̃o ſimilem. Pulchra meditatio. In hac eadẽ die cenãte domio: die. ſ. Mercurij ꝛ cum diſcipulis ſuis in domo marie: ꝛ marthe: ꝛ matre eius cum alijs mulierib' in alia parte domus. Magdalena miniſtrãs domino rogabat dicẽs. Magiſter ſitis memor ꝙ faciatis hĩ paſcha nobiſcũ nec denegetis. Quo nullatenus acqeſcente ſed dicente: ꝙ i hieruſalem faceret paſcha. Illa cũ fletu recedens vadit ad dominã ꝛ his ei narrans: rogat vt ipa roget ipſum: vt. ſ. paſcha cum eis faciat. Cena facta vadit Ieſus ad matrem eí ꝓbens ſuam preſentiam quam breui temporis ſpatio ſubtrahere volebat. Tunc Magdalena vadit ꝛ ad pedes eorum ſe ponit. d. Marie. O domina inuitabam magiſtrum noſtrum vt hic faceret paſcha. Ipſe vult ire.

in hieruſalem. Vere capietur ibi a iudeis. Nõ permittatis eũ ire. Ad quẽ mater. Fili mi rogo vt nobiſcum maneas, ne capiaris a iudeis. Dicit chriſtus. Nõ poſſũ: o mater mea. Impleri oportet illud ꝓpter qḋ a patre miſſus ſuȝ. His colloquentibus qꝛ feria .5. in mane debebat comedi de agno paſchali: prout erat ꝓceptũ in Leuitico. xij. Dicũt apoſtoli ad xp̄m. Vbi vis paremus tibi, comedere paſcha: quia. ſ. nõ habebã domũ. Et ait ieſus. Ite in ciuitatẽ ad quẽdã: ꝛ occurret vobis hõ amphorã aque baiulãs. Sequimini eũ ꝛ dicite Magiſter dicit. Vbi ẽ loc⁹ vbi paſcha cum diſcipulis meis mãducẽ? Et ipſe oſtendet vobis cenaculũ grãde: id eſt vnã magnaȝ ſalã ꝛ ibi parate: que ſunt neceſſaria. Intrãtes domũ cuiuſdã viri probi qui erat theſaurarius ꝛ cõſeruator omniũ iocaliũ Herodis regis. Itaqꝫ ſub cuſtodia ſua habebat vaſa argentea ꝛ catinum vnũ communicauit. Obtulit dominum ꝛ catinum ꝛ omnia neceſſaria apoſtolis. Sciens autem Ieſus ꝙ hora venit vt tranſeat de hoc mundo ad patrem. Et volens in hieruſalem ire ad paſcha comedendum cum apoſtolis ſuis matreȝ ſecrete vocauit dicens. Mater mea dulciſſima audi me: mori patienter. Scis enim ꝙ impleri oportet quod per oracula prophetarum de me ſcriptum ẽ. Neceſſe eſt me mori. pro ſalute humani generis. Et nunc eſt tempus immolationis mee. Ideo o mater mea noli dolorem de me percipere: iam cõfidens qꝛ pro certo reuertar ad te. Et tertia die reſurgã. In mõte ſyon craſtina die faciã paſcha cuȝ diſcipulis meis. Iam mater mea conſiliũ factum eſt me a iudeis: vt moriar. Iam venditus ſuȝ a iuda .30. denarijs. Ideo audiẽs hoc pia mater clamare cepit. O infeliciſſima mater. quomodo hoc ſuſtinere potero? Audi fili mi ſi placet. Tota cõcuſſa ſum ad vocẽ iſtã ꝛ cor meũ dereliquit me. Video mortem tuã irreuocabileȝ eẽ qḋ probo plurib⁹ rationibus: nec te mori oportet.

Primo rõne iuſtitie. Iuſtitia habet premiare bonos ꝛ punire malos: vt pȝ. xij. q. 2. c. Cũ deuotiſſimã. Et. ff. de iuſtitia ꝛ iure. l. Iuſtitia. Et. C. de offi. rectoris prouincie. l. virtutuȝ. Boni ſũt remunerãdi: mali vero puniendi. Tu es ſanctus ꝛ bonus ꝛ nunꝗ̄ maluȝ feciſti. ſecunde Petri. 2. q peccatuȝ nõ fecit ꝛc̄. Io. 8. Quis ex vobis arguet ꝛc̄. Non de peccato cordis. oris. operis. omiſſionis. Iõ mori nõ debes imo viuere cũ honore ꝑp tuas virtutes ꝛ tuã ſctitatẽ. Scḋo ẽ rõne ſcripture. Scriptura .n. dic Exodi .23. Innocentem ꝛ iuſtũ nõ occides. Sȝ tu es innocẽtiſſimus. Igit nõ debes mori precipue morte violenta. Tertio ratione culpe. Scriptum eſt Ezechi. 18. Anima que peccauerit: ip̄a morietur. Sȝ tu fili nunꝗ̄ peccaſti. Non pec-

ctato originali. quia de ſpiritu ſan cto ꝛc. Non mortali. Quarto ratione famaꝫ. Unuſquiſqꝫ dꝫ ꝯſer uare famā ſuā ſꝫm illud. Eccli. 41. Curā habe de bono nomine. Et Prouer. 22. Melius eſt bonū no mine ꝙ diuitie multe. Eccle. 7. Melius ē nomē bonū ꝙ ꝓcioſa vnguēta. Th. 22. q. 73. ar. 2. In ter res tpales fama videt ꝓcioſi or. Et philo. 6. Ethi. Oēs bono rē appetūt. In li. Ieoñ. Multo grauiꝰ fert aliqs ſi honore ſuo puet: ꝙ ſi bona ſua auferant. Ad ꝓpoſi tum. Tibi maxima infamia erit. Et que feciſti cū tāto labore erūt perdita. Quale ſcandalum erit de te? Ad hoc euitandū: nō oportet mori. Quinto eſt rōne reuerē tie. Scriptū eſt Exodi. 20. Hono ra patrē tuū ꝛ matrē tuam. Nā honor filij eſt honor patris ꝛ ma tris. Et econuerſo. Confuſio filij eſt confuſio parentum: ſicut de il lis qui in furca ſuſpēdunt. Qua le vituperium erit mihi o fili mi: ſi tanꝙ reus eris crucifixus? Jō nō debes facere talē mortem. ne matri vituperiū ſit. Sexto eſt rōne amicitie. Officiū vere ami citie ē amico dare ꝯſolationes in tribulatiōibus: non dolorē. ff. de offi. ꝓſidis. l. diuis. Afflicto n̄ ē dā da afflictio: ſed potius eiꝰ miſerie miſerēdū eſt. Igit ſi ad mortē ꝓ peras fili mi: adiūgis dolorē do lori mēi tue. Iſtis ſex rōnibus nō videt ꝙ mortē ſubir̄ debeas. Au diens āt xp̄s talia mr̄is ſue: voce lachrymabili dixit: quia matrem videbat meſtā. Mater mea opꝫ eſt vt moriar. Quam oportunit tatē tibi oſtendo ſex rationibꝰ cō tra tuas. ¶ Prima ratione diui ne miſericordie. In operibus dei: iuſtitia ꝛ miſericordia dꝫ reperiri. ps. 8. Miſericordia ꝛ veritas ob uia. ſibi: iuſtitia ꝛ pax oſculate ſūt. Iuſtitia oſtenſa eſt in primis parē tibus: qui fuerūt expulſi de para diſo terreſtri ꝑp peccatū inobediē tie. Et demones de celo. Et ſan cti patres in lymbo ſūt poſiti. pri uati diuina viſione. Miſericordia nō eſt oſtēſa. Unde pr̄ celeſtis vo lens oſtendere ſuā miſericordiam que per multos annos in celo ſte tit. ps. Domine in celo miſericor dia tua. Uoluit me pati in cruce: quia melior modus nō reperit. Secūdo ratione ſapiētie. Nā philoſophus. i. Meta. ꝙ ad ſapi entem pertinet ordinare ꝛ guber nare omnia ad debitum finem. Ordinatum fuit: ꝙ hō ꝑ pctm̄ in obedientie mortē icurreret ꝛ tpa lē quoad corpꝰ ꝛ ſpālē quoad aīi mā. Gen. 3. Quacunqꝫ hora ꝛc. Unde fuit opꝫ ꝓuider huic morti. Remediū aūt hoc ē mors mea vt illi viuāt ꝑ meā mortē: ꝑ obedi entiam patris mei. Ad phil. 2. Factus ē obediens ꝛc. Tertio ratione patientie. Oportet mori vt exemplum patiendi alijs pre beaꝫ aduerſa ꝛ tribulationes. i. Petri. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis ꝛc. Oportet ꝙ ſim exem plar eis. Quarto ratione aper tionis. vt. ſ. apiā portas paradiſi

oꝫ mori: qꝛ ſicꝫ p̄mus hō͂ clauſit paradiſū: ſic oꝫ vt aperiā ipſum. In cui⁹ figura Gene.3. De⁹ pſt cum primus homo fuit expulſus de paradiſo. ad portam poſuit vnum Cherubin qui illam habe ret cuſtodire. Igiť me mori opꝫ mater mea: vt ſic ſcti patres aſcē dant illuc. Quinto ratione ſpei. Oportet me mori mater mea ca ra: vt tribuam ſpem ſalutis ani me deuote. Quõ ſi nō eſſet mors mea non erit alicui ſpes ſalutis: nec patribus qui in lymbo ſunt ꝛc. Sexto ratione impletiõis. Vt figure prophetie [illegible] impleā tur o mater mea: oportet me mo ri. Multe ſunt figure propheta rum que oſtendunt mortis mee neceſſitatem. Sicut dē ſerpente eneo. Numeri.21. qui chriſtum figurabat. De agno paſchali. Le ui.11. De pelicano ꝛc. Unde ma ter mea dimitte filium tuum vt hieruſalem eat ad paſca cele-brandum. Uirgo autem his rationibus: auditis acquieuit. Chriſtus autem lachrymas conti nere non poterat. Unde genibus flexis petijt benedictionē. d. Da mihi o mater benedictionem ꝛc. Et virgo videns filium ſ velle ab eis recedere cū apoſtolis cum la-chrymis dixit. Sit benedictū ca put iſtud quod predicauit. quod docuit. quod tāta miracula fecit. cecos illuminauit ꝛc. Sint man⁹ benedicte. ſint benedicti pedes q 33. annis ſuper terram ambulan do, ſanc[illegible]cauit eam ſu torū cor-pus. Et mater e cōtra dixit filio. O ego mater infelix: qꝛ priuor fi lio meo. Da mihi benedictionē tuā. Sis benedicta ſemper mater mea. Sit caput bene. ꝛc. Et ſic re ceſſit ab ea. Receſſus filij gladius fuit matri: ⁊ Magdalene. Iter. aūt arripiēs. verſus hieruſalem ibat Martha aūt cū Magdalena ⁊ alijs mulierib⁹. modo ad fene-ſtrā. modo in loco vno. modo in alio circuibāt quouſqꝫ benedict⁹ ſpōſus videri poterat. Exclama. O mater ſi ſcires quo tēdit filius tuus. O Magdalena. O Mar-tha ꝛc. Poſitus aūt in mēſa cuꝫ 12. ⁊ comedēs cepit ieſus ſuſpira-re ⁊ dicere. Deſiderio deſidera-ui hoc paſca mãducare vobiſcum anteqꝫ patiar quia ē vltima cena. Unde in hac cena fecit tria que cō ſueuit pater familias facere quan do ē iturus ad partes lōginquas vt eos cōfortet de ſuo receſſu: vt nō turbentur. Primo remiſit iniurias alijs cum offendiſſet. Anteqꝫ cena eſſet completa ſurre xit de menſa ⁊ ſe expoliauit veſte ſuperiori ⁊ precinxit ſe linteo po-ſuitqꝫ aquaꝫ in peluim: ⁊ cepit la-uare pedes diſcipulorꝫ ſuorum Incipiens a iuda: vt dicit Chriſo ſtomus. Uolens ipſum a malitia ſua reuocare. Et vt daret nobis exemplum. iniuricis noſtris hu-manitatis officia exhibere. Ipſe autem vt arrogans non renu-it. Et poſtea venit ad Simo-nem petrum. Qui videns quod iudas non renuerat dixit. Do-

niſi tu mihi lauas pedes. Qui
dixit. Qualis eſt preſūptio mea
vt dominus lauet ſeruum: Non
lauabis mihi pedes in eternum.
Cui dominus. Petre. quod ego
facio neſcis modo: ſcies autē po-
ſtea. Videns petrum reſiſtētē: ait
ei. Si non lauero te non habebis
partem mecum. Et tunc petrus
territus dixit. Domine non tan-
tum pedes ſed ⁊ manus ⁊ caput
ſ. potius qȝ ſepararer a te. Tunc
ait xps. Qui lotus eſt non indi-
get niſi vt pedes lauet. Id eſt ille
q eſt baptizatus eſt lotus. Pona-
mus ꝙ faciat aliquod pcm̄. Non
pcō aliud dixit ieſus niſi vt pe-
des. i. bonā voluntatē habeat. ⁊
tunc ē mundus totus. Vos mū-
di eſtis ſed non omnes. i. iudas.
De iſta lotiōe completa eſt figura.
Iſa. i. Lauamini: mundi eſtote.
An. in 2. co. v. i. de cordibus ve-
ſtris. Poſtquā vero lauit pedes
ſingulorum accepit veſtimēta ſua ⁊
iterum rediit ad cenā ⁊ dixit. Sci-
tis qd fecerim vobis. Vos voca-
tis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bene di-
citis. Sū etenim. Si ego laui pe-
des veſtros magiſter ⁊ dominus:
⁊ vos debetis alter alterius laua-
re pedes. Exemplū. n. dedi vo-
bis ⁊c. Io. 14. i. officia humanita-
tis ⁊ humilitatis exhibere. Ecce
primū qd fecit. ¶ Secūdum qd
eis fecit in cena illa fuit iocale ſui
corporis vt ab ipſis recedēs de
ipſo recordarentur. Illis mandūcā-
tibus accepit panē in manib⁹ ſu-
is ⁊ leuauit oculos i celū: ⁊ bene
dixit ac fregit dedit ꝙ diſcipulis ⁊
ait. Accipite ⁊ comedite. Hoc eſt
corpus meū qd ꝓ vobis ⁊c. Et
ſtatim virtute verborum xpi panis
cōuerſus eſt in verum corpus xpi.
Poſtea accepit calicē cum vino ⁊
⁊ bñdixit ⁊ dedit diſcipulis ſuis
dicens. Hic eſt calix ⁊c. vſqȝ pec-
catorum. Hoc facite i meā cōmemo-
ratiōnē. Vinū cōuerſum eſt vinum
ad illa verba i ſanguinē. Et tunc
primo cōicauit ſe: ⁊ poſtea diſcipu-
los ſuos ⁊ iudā ſimiliter. Sed
queritur dubiū. Vtrū xps bene fe-
cerit cōmunicando iudā quē ſcie-
bat eſſe in pctō mortali? Reſpon-
deo ꝙ ſic: qȝ pctm̄ illi⁹ erat ſecre-
tum. Vnū nō debebat propalari.
De iſta dotatione impleta eſt ꝓ-
phia: ⁊ figura. Primo ꝓphetia.
Can. 5. Bibite vinū ⁊ inebriami-
ni chariſſimi. 2. Figura de Helia
cui angel⁹ apparuit. 1. Re. 19. Co-
mede ⁊ bibe ⁊c. Et tunc in cena
illa poſt cōiōnē fecit illos oēs ſa-
cerdotes. Et petrum fecit ſuum
vicarium: dicēs illi. Ego rogaui ꝓ
te petre: vt nō deficiat fides tua.
⁊c. Stans aūt ad mēſam ⁊ cōſide-
rans amorē ⁊ humanitatē quam
oſtēderat inde. Intra ſeipſum tur-
batus dixit. Amē dico vobis qȝ
vnus veſtrū me traditurus eſt.
Tunc apl'i tremefacti ad hāc vo-
cem in faciē adinuicē aſpiciebant
quērētes de quo diceret. Vnde ⁊
pīn ſinguli dicere. Nunquid ego
ſum domine. quaſi dicat non ha-
beo conſcientiam tāti ſceleris. At
Ieſus reſpondit. Qui intingit

mecum manuz in parapſide hic
me traditurus eſt. Ex hoc dicto
non innotuit eis quis eſſet: quia
oēs.xij.i vno catino comedebāt.
Noluit manifeſtare ipſuz q2 pe-
trus eū dentibus laceraſſet. Fili
us quidē hoīs vadit.ſ.ſpontanee
ad paſſionē: ſicut ſcriptū eſt de il-
lo. Verūtamen ve hoī illi p quē
filius hoīs tradet. Bonum erat
ei ſi nō fuiſſet natus hō ille.i.me-
lius fuiſſet q fuiſſet mortuus an
te natiuitatē ex vtero: q2 punitus
fuiſſet p pcō originali tm̄: ad lym
bum iuiſſet: nō ibit ad infernuz.
Tunc petrus ſignū fecit Joāni.
Inter quos maxima erat amici-
tia qui erat plus chriſto familia-
ris: ſi sciret qs eſſet proditor. Et
Jo. poſuit caput ſuuz in ſinu xpi
& dixit. Dñe quis ē q tradet te?
Dicas mihi o magiſter bone. &
xps reſpōdit. Ille eſt cui intinctū
panē porrexero. Et dedit xps bu
cellā panis inde. Et ſtatim demō
maiorē in eo accepit ptātem. Et
dixit illi dñs. Qd facis fac citi9.
Hoc aūt verbū nō intellexit di-
ſcūbentiū aliquis ad qd ei tale ver
bū dixerit. Nec fuit hoc verbuz
imperatiuū nec iductiuū: ſz retra
ctiuū. Nō intellexerūt dico pre-
fatū vbū. q2 credebāt q iret eme
re aliquid p feſto. Judas aūt no
lens q aliquis haberet eū ſuſpe-
ctū dixit. Nunquid ego ſuz rabi?
Et chriſtus tu dicis. Ego nō di-
co. Et ſtatiz ſurrexit iudas & iuit
ad principes ſacerdotū q eū expe
ctabāt. Videns q receſſerat dixit.
Filioli adhuc vobiſcū modicum
ſum. Omnes vos ſcandalū pa-
tiemini i me i nocte iſta. Et ſcri-
ptum eſt Zach.13. Percutiā pa-
ſtorē & diſpergentur oues gre-
gis q2.ſ. appropinquat hora in q̄
ego ero cōprehenſus. Sed dum
reſurrexero precedā vos in gali
leaz. Tunc petrus apoſtoloꝝ pri
ceps dixit. Et ſi oēs ſcandalizati
fuerint i te: ſed non ego. Similit̄
oēs dixerūt. Rñdit ieſus. Amen
dico tibi: q2 hodie anteq̄ gallus
cantet ter me negabis. Et petr9.
Et ſi oportuerit me mori tecum
non te negabo. Nec mentitus eſt
petrus. q2 credebat ſe verū dice-
re. Glo. Permiſit aūtē deus pe
trum cadere. vt nemo de ſe pre-
ſumat. Videns aūt ieſus q diſcipu
li turbarentur de ſuo receſſu quē
predixerat eos pacificare voluit.
Ubi pulchrū ſermonē fecit eis d̄
pace: eos cōfortando ad illā. No
tat Thomas vbi ſupra. Qd xps
ſemper in omnibus pacem volu
it. Primo in aduentu elegit chri
ſtus pacis. ps. Orietur in dieb9
eius: iuſtitia & abundantia pacis.
Secundo in ſuo ortu. Pacē ho-
minibus nunciauit per angelos.
Luc.2. Gloria in altiſſimis &c.
Tertio per apoſtolos. ad predicā
dum miſit. Matt.x. Intrantes
domum p̄mũ dicite. Pax huic
domui. Quarto i ſuo receſſu ab
apoſtolis. Pacē meaz do vobis.
Finita cena dixit apl̄is. Surgite
eamus. q2 forte nō erāt bn̄ attēti
ad ſermonē: timētes ne iudei ſu

pertinebãt ad ipſum capiendū. Unde exierunt in montē oliueti: vbi erat villa que dr̄ Gethſemani ⁊ ibi finiuit ſermonem ſuū. Finito ſermone egreſſus eſt cū diſcipulis trans torrentē cedron in quendā ortū. Xp̄s bibit de aqua torrentis. Iuxta illud. De torrē te in via bibit ⁊c̄. Et Aug. dicit. In orto capi voluit vt dleret peccatū cōmiſſū in orto delicia℞. Et cū introiſſet dixit eis. Sedete h̄ donec vadā illuc ⁊ orē ⁊ donec reuertar ad vos. Figura cōpleta eſt Gen. 22. de Abraam qui dixit famulis ſuis dū iret ſuper mōtē cū Iſaac. Expectate hic cū aſino. Et aſſumpſit ſecū Petrū Iacobū Ioānē. Et cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe. ⁊ ait illis. Triſtis eſt aia mea vſqȝ ad mortē. Secundū Bona. in. 3. di. 15. Triſtabatur de duobus. Primo pro timore naturali mortis imminentis: q2 ſenſualitas aie xp̄i mortē recuſabat. Secundo triſtabatur ꝓ ruina apoſtolo℞ ⁊ iude. Suſtinete hic ⁊ vigilate mecū. Auulſus eſt ab eis quātū eſt iactus lapidis: ⁊ poſitis genibus orabat. Pater mi ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte. Uerū tamen non ſicut ego volo ſed ſic tu. Ubi notādū ē ſm̄ doctores. Q2 i xp̄o fuit q̄drupler volūtas.

❡ Uoluntas carnis.

❡ Uoluntas ſenſualitatis.

❡ Uoluntas rōnis ⁊ volūtas diuinitatis. Prima volūtas carnis ⁊ hec nullo modo volebat pati. Secundo voluntas ſenſualitatis ⁊ hec murmurabat ⁊ timebat. Tertio voluntas rationis: ⁊ hec obediebat ⁊ conſentiebat. Iuxta illud Iſa. 53. Oblatus eſt q2 ipſe voluit. Quarto voluntas diuinitatis ⁊ hec imꝑabat. Et ſententiā dabat. Q2 igitur erat verus hō. ideo triſtis erat aia eius. Completa prima oratione. venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait petro. Simon. Dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecū? Petrus q̄ fuerat preceteris gloriatus: erat ꝑceteris increpād9. Et ait apoſtolis. Uigilate ⁊ orate vt non intretis ī tē tationē. i. ne a temptatione ſuperemini. q. d. Modus vincendi tē tationem eſt per orōnem. Spūs quidē ⁊c̄. Iterū ſc̄do abijt ⁊ orauit eundem ſermonē dicēs. Pr̄ mi ſi non pōt hic calix tranſire niſi bibā illū: fiat voluntas tua. Et factus in agonia: prolixius orabat. Erat aūt hec agonia ſm̄ Nicolaū de lira reluctatio ſenſualitatis mortē horrentis. Et factus ē ſudor ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terrā. Et apparuit angelus de celo confortans eum idest aliqua verba conſolatoria dicens ei. Que verba n̄ ſunt i euangelio. Sed quidā dicunt ꝙ verba potuerunt eſſe talia. Saluatore deus me9. orōnē tuā ⁊ ſudorem ſāguineū ego obtuli deo patri in conſpectu curie celeſtis. Et omnes procidentes ſupplicauimus vt hunc calicem paſſionis transferat a te o ieſu benigne. Et

reſpondit pater. Nouit fili⁹ meus quod redemptio humani generis quā ſic optauit⁹ ſine morte ſua decenter fieri non poteſt. Ideo ſi ſalutem vult animarum oportet eū pati pro ipſis: Quid ergo vis agere o ieſu? Reſpondit ieſus. Salutem omnino volo animarū. Unde potius eligo mori vt anime ſaluentur quas ad ſuam imaginē creauit pater: ꝙ vellem non mori. ⁊ anime non redimātur. Fiat patris mei voluntas. Et angelus ad eum confortandum. O ieſu tuo tranſitum paſſa ⁊ perpetuo glorioſa ſuccedēt. Dicit pater ꝙ ſemper vobiſcum eſt. ⁊ ꝙ matrem veſtrā ⁊ diſcipulos ſeruabit illeſos. Et ſic receſſit angelus. Et dicit Bona. in. 3. di. 10. viſionem angeli fuiſſe corpoream. Et poſt hoc venit ad diſcipulos ſuos ⁊ ait illis. Dormite iam ⁊ requieſcite. q. d. nunc diu poteritis dormire quia hora appropinquat. Erant oculi eorum grauati ⁊ pre verecundia non ſūt auſi reſpondere. Ecce appropinquat qui me tradit. Adhuc eo loquente iudas intrat i ortuz cum miniſtris quia timebat ne turba aufferret eum ab eis ⁊ dixit iudeis. Quēcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eū. Scḋm Tho. vbi ſupra: dedit eis tale ſignū: ne loco xp̄i caperēt Jacobū minorē q erat ſimilis xp̄o i facie. Accedēs iudas ad eū oſculatus ē ⁊ dixit. Aue rabi. Cui ieſus. Amice ad qd veniſti? quaſi dicat tu oſtēdis amicitiā ſigno: ſed ꝓditionē agis de facto. Uel ſic. O iuda amice mi cui ſi ad penitentiaz redieris: miſericordiā promitto. O iuda quem dilexi. cuius pedem in cena laui. cur me dereliquis? O miſericordia dei. tradit ⁊ cōpatitur traditori. O ſuauitas creatoris. De oſculo iſto cōpleta eſt ꝓphia ⁊ figura. Prophia p⁹. ps. Qui edebat panes ⁊c. Figura. 2⁹. 2. Re. 20. De Amaſa ſalutato a Joab cū oſculo. Salue mi frater. Ex alia ⁊c. Queritur hic dubiū. Utruz ſi iudas nō tradidiſſet Jeſuz: ⁊ iudei non crucifixiſſent eū: fuiſſet redemptum genus humanum. Rūdet Alexan. in. 3. volumi. ꝙ ſic. q: in tali caſu ſola voluntas patiendi ſuffeciſſet ad redēptionem. Tunc hoſtibus approximāti. xp̄s fuit obuiam dicens. Quē queritis? Abierunt retrorſum dicentes: Jeſum nazarenum. ⁊ dixit eis. Ego ſum. Jterum interrogauit eos: poſtꝙ ſurrexerant ad preceptum eius. Quem queritis? ne. ſ. errarent in captione eius. Jlli autem dixerunt. Jeſuz nazarenum. Et iterum ceciderūt retro in terram: vt ſic declararetur virtus diuinitatis eius. 2. Re. 6. De Oza q: archam tetigit pcuſſus retro cecidit. Jta iudei: q: xp̄z ⁊c. Super quo clamat Aug. Ubi nunc militum cohors? Ubi terror ⁊ munitio armorū? Quibus dixit xp̄s. Dixi vob: q: ego ſum. Si ergo me queritis: ſinite hos abire. ſ. apoſtolos. Tūc acceſ

ſerunt ⁊ manus iniecerūt in ieſū ⁊ tenuerunt eum. Videntes aūt hoc diſcipuli dixerunt. Dn̄e ſi ꝑcutimus in gladio? Anteq̄ xp̄s reſponderet. petrus gladio percuſſit male cū ſeruum pontificis. abſciditq̄ auriculam eius dextrā. Volens percutere in capite. Sed q̄ritur dubiū. Unde gladius erat petro? Chriſo. reſpondet. Quod audiens iudeos contra xp̄m conſpiraſſe armauerat ſe. Theophilus vero dicit: ꝙ habuerat ipſū in cena pro vſu agni. Sꝫ xp̄s auriculam ſanauit: ⁊ petrum charitatiue redarguit dicens. Mitte gladiū tuum in vaginā. An putas qꝛ non poſſum rogare patrē meum: ⁊ exhibebit mihi modo pluſq̄ duodecim legiones angelorum? Ubi dicit Hieronymus. q.d. non indigeo auxilio. 12. apoſtolorū. Duodecim legiones faciunt. 62. millia angelorū. Quomodo implebuntur ſcripture ꝓphetarū? Calicem quē dedit mihi pr̄: non vis vt bibam illum? Deinde vertit ſe turbis dicens. Tanq̄ ad latronem exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus cōprehēdere me? Quotidie apud vos erā docens in tēplo ⁊ non me tenuiſtis. Tūc illi comprehenderunt ieſum. ⁊ ligauerunt eum. O flebile ſpectaculum. O dolendū malū. O lachrymabile factū. Videre illos canes in xp̄m ſeuientes. Alij ceperunt eum per capillos: ⁊ violēter eum in terram proiecerunt. Alij manus gratioſas retro verterunt. Alij funibus illum duris ligauerunt. Alij pugnis ipſū percuſſerunt. Quid audis o anima mea? Nonne vides filiū virginis ligatū? Cur non ploras? Cur nō clamas ad ſydera? O ieſu ſalus anime mee: propter me talia pateris. Apoſtoli aūt talia videntes territi fugerunt: eo relicto. De iſta fuga impleta eſt prophetia. triplex. Primo Job. 19. Fratres mei longe ſteterunt a me: ⁊ noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Secundo Pſ. 87. Elongaſti a me amicum ⁊ proximū ⁊ notos meos ⁊c. Tertio Zach. 13. Percutiam paſtorem ⁊c. O quantū fuit dolor apoſtolorū ⁊c. Vinctus aūt ductus eſt primo ad Annam: qꝛ erat ſocer cayphe: ⁊ qꝛ eundo ad domū cayphe. habebāt tranſire ante domum illius Anne. ideo intrauerūt domū eius ob ipſius reuerentiam. Erant autem ibi picture ⁊ imagines prophetarū ⁊ patriarcharū que erant ſup muros hieruſalē ſe inclinabant xp̄o. Sequebantur autem Ieſū Petrus ⁊ Joannes. Diſcipulus autem Joannes erat notus pontifici. ⁊ intrauit in atriū pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Quē Jo. introduxit. Tūc ancilla oſtiaria dixit petro. Nunquid ⁊ tu es ex diſcipulis iſtius? Reſpondit illi. Non ſum. Et ſtatim gallus cantauit prima vice. Sed Petrus non audiuit. Calefaciens autē ſe Petrus ad ignē ⁊ Jo. qꝛ erat frigus. Anna fecit

ſibi preſentari Jeſum ligatum ⁊ examinauit eū de duobus. Primo de diſcipulis ſuis. Secundo de doctrina eius dicēs. Quales ſunt iſti tui homines. ⁊ qualis doctrina tua? Reſpōdit Jeſus. Ego palam locutus ſum mundo quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt: quid locutus ſum eis. Tunc vnus miniſter pōtificis dedit alapam Jeſu dicens. Sic reſpondes pontifici? O miranda patientia Jeſu. Percuſſus in faciem ictu graui, manu ſuti[l]bunda, adeo vt dentes eius oris eiremouerentur ⁊ os ſanguinē expueret. Nil tū commmeſſe locutus eſt ei ſed dixit. Si male locutus ſum: teſtimonium perhibe de malo. Si aūt bene cur me cedis? Percuſſio illa fuit maxima inuriſ triplici ratione ſecūdū Tho. vbi ſupra. Primo q̄ᵹ huᵘ percuſſit dominum. Secūdo q̄ᵹ in loco honorabili. ſ. i atrio corā oibus. Tertio quia ſine cauſa. De hac p̄cuſſione impleta eſt ꝓpheta Tre no. 3. Dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs. Sed q̄ritur dubium. vtrū chriſtus b̄n locutus fuerit illi de percuſſione? videtur ꝙ nō: q̄ᵹ ipſe precepit Mat. 5. Si q̄s te p̄cuſſerit in maxillā dextrā: p̄be ei ⁊ alteram. Jpe āt nō fec̄: ſꝫ magis patiētiꝫ corregit. Rūdet Aug. ꝙ illd̄ p̄ceptū ē ſecundū preparationē animi magis: nō aūt abſolute datū: q̄ᵹ. ſ. homo dꝫ habere animū preparatū ad hoc faciendū: vbi videtur hoc expedire ad honorem dei. Sequitur. Q̄ᵹ Anna non regebat anno illo fecit eū duci ligatū ad domū Cayphe. Et petrus ſequebať vt videret finē. Jeſus vero poſitus fuit in carcere quodā obſcuro ſub ſolario. q̄ adhuc ſupeſt vel eius veſtigiū. Et ligauerunt eum ad quādam colūnaꝫ lapideaꝫ que petra murata fuit ⁊ dimiſerūt ei milites armatos ad cuſtodiā: qui per totā noctem eū vexauerunt eū deriſionibᵘ ⁊ maledictis. Modo vnᵘ ⁊ modo alius. Et dominus patiēter omnia portabat. O ieſu ad quorum manus veniſti. Et ſic ſtetit p̄ totā noctē vſq; mane ad illam colūnam ligatus. Beatus Jo. vadit ad dominā ⁊ ſocias in domū Magdalene exiſtētes, nō tamen audebat domū ingredi. Eiulās ⁊ clamās ad oſtiū domus. Magdalena vt vidit Joannē cecidit quaſi mortua in terram. Quid eſt o Jo. de magiſtro meo? Rūdit. Heu q̄ᵹ cōprehenſus a Judeis. ad domū Cayphe ē deductus. Narrat hec matri. Mater aūt quaſi mortua ſe ponit in oratiōe orās ad patrē. Pater dulciſſime recōmēdo vobis filiū meū. Ne ſitis crudelis q̄ ceteris miſericors eſtis. Si alius modus ē o pater nō moriať. Et dixit Jo. O nepos dulciſſime. videas finē filij mei quomodo facit: ⁊ nuncia mihi q̄ᵹ videre eum volo. Redijt cito Jo. ad domū Cayphe. Et petrᵘ ſtabat ad ignē. Et vna mulier petrum reſpiciēs

triſtē dixit. Credo ꝙ hic ſit de diſcipulis iſtius. Tūc illi hoīes dixerūt petro. Verū dicit mulier. Nā loquela oſtendit eū eſſe galileū. Figura iudicū. xi. de Effratheo qui notus fuit ad linguā dū dicere debuit ſeboleth dicebat teboleth. Tūc petrꝰ timuit magis ꝗ̄ plus. Et cepit iurare ꝙ nō eēt eius diſcipulus. Ecce ſecunda negatio. Ꝯ ſtātibus his in iſtis verbis: cognatus eius cui petrus abſciderat auriculam venit. Et audiēs verba hec dixit. Nūquid potes negare ꝙ nō ſit verū? Nōnne te vidi i orto? Jmmo tu es ille qui auriculā abſcidiſti cognato meo. Tunc cepit petrus iurare ⁊ dicere ꝙ nō nouit hoīem. Ecce tertia negatio petri. Et ſtatiꝫ gallus cātauit. Et tūc xp̄s petrū reſpexit ⁊ recordatus eſt petrus verbi qḋ dixerat. Priuſꝗ̄ gallus ⁊c̄. Egreſſus foras fleuit amare. Ubi in quandam cauernā iuit que dicit̄ Gallicātus in qua vſqꝫ ad diē reſurrectiōis ſtetit. ⁊ ſic patet primum myſterium.

Ecundū principale myſteriū dicit̄ acerbitatis. Querit̄ a doctoribus. Utruꝫ xp̄i paſſio fuerit oīum paſſionū acerbior? Rñdeo ſm̄ Tho. 3. p. q. 66. Ric. i. 3. Bona. in. 3. diſt. 16. Ꝙ dolor ⁊ paſſio chriſti fuit maxima oīum paſſionum huius vite. Qḋ probat̄ quintuplici ratione. videlicet.

¶ Primo. ratione delicationis.

¶ Secundo. ratione cauſalitatis.

¶ Tertio. ratione temporalitatis.

¶ Quarto. ratione vtilitatis.

¶ Quinto. rōne floride etatis.

¶ Primo rōne delicatiōis. Ꝯ maxima eſt in theo. ⁊ apud pl'os approbata ꝙ quāto qs eſt delicatioris nature ⁊ cōplexionis: tanto magis affligitur ⁊ triſtat̄ in parte ſenſitiua. Qḋ patet de nobili ⁊ ruſtico. Et quāto etiā pars corporis que patit̄ leſionē eſt magis ſenſibilis: tanto magis leſio affligit. Qḋ patet exēplo. Jgnis aut frigus magis affligit in manibꝰ vel pedibus: ꝗ̄ in reliquis partibus corporis. Ex eo q2 eſt pars magis ſenſibilis: propter concurrentiam plurium oſſium. neruoruꝫ. ⁊ venarum. Ad propoſituꝫ. Xp̄s fuit valde delicatus. Jn. p̄s. Speciofus forma ⁊c̄. Inſup eius paſſio maxima fuit in locis neruoſis in manibus in pedibus: ꝓpter fixuras clauorum. Jgitur eius paſſio fuitꝰ ⁊c̄. ¶ Secūdo rōne ⁊c̄. Quia non pro ſua cauſa dulciſſimus ieſus paſſus eſt: ſed pro nobis peccatoribus ꝙ nūꝗ̄ peccauit. i. Pe. 2. Qui peccatum nō fecitꝰ ⁊c̄. Pro nobis ergo mortuus eſt. Jſa. 53. Oēs nos quaſi oues errauimꝰ. ⁊ dn̄s poſuit in eo omniū noſtrū inīqtatē. Jn eodē. Jpſe autē vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras: attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. Ꝯ ieſu benigne: nos male egimus. ⁊ tu penam facis. Verificat̄ ꝓphia Dd̄. Que non rapui: tūc exoluebā. Et ſic patet

ſcḋa ratio. ¶ Tertio rōne ⁊c. Nã
omni ipe hoīes fugiūt mortē: ſed
precipue in ſolēnitatib⁹ eſt eis mo
leſtior: propter multitudinē pſo-
naruꝫ. Erat enim ſolēnitas paſce
que erat precipua ſup oēs alias.
In qua tenebant iudei ex lege cō
uenire de qbuſdā ciuitatib⁹ ⁊ locis
ad tēplū hieroſolymis ſitū: ad ſa
crificiū celebrādū. Quia per va
rias eorū captiuitates erant ſatis
diſperſi per orbē. In Italia. In
Aſia. In Affrica. Quanto ergo
quis condēnat ad mortē propter
maleficium. occurrēte maiori cō
curſu populi. tanto maior ei inſur
git pena confuſionis ⁊ erubeſcen
tie: qr cōſiderat ꝙ qui videt alijs
narrat. Et ſi peregrinus eſt: re-
uertens in patriā ſuā diuulgat ci-
uitatibus. Chriſtus ieſus paſſus
eſt quādo quaſi totus mūdus pre
ſens aderat feſtiuitati paſce. Ideo
ſua paſſio fuit omnibus nota ⁊c.
¶ Quarto rōne ⁊c. Nulla enim
vilior apđ iudeos mors erat mor
te crucis: q maledicebant. Deu-
te. 21. Maledictus homo qui pē
det in ligno. Sap. 2. Morte tur
piſſima. ſ. crucis: cōdēnemus eū.
Sicut ⁊ apud nos eſt mors fur-
carū. Hac morte paſſus eſt. Igi-
tur ⁊c. ¶ Quinto rōne ⁊c. Nã ſi
oībus mors eſt moleſta: precipue
illis qui ſunt in florida etate. Ale-
xander magnus amariſſime fle-
uit videns ſe morti primū: eo qr
iuuenis: qr dicit mors immatu-
ra. Chriſtus paſſus eſt in etate iu-
uenili. 33. annorū cū dimidio. vt
ꝓphetauit Sybilla cumana. Igi
tur ⁊c. Unde ipſe dicit Tre. 1. O
vos omnes qui tranſitis per vi-
am: attendite ⁊c. Hanc autem fa
cio. ſ. feria. 6. conuenerūt omnes
populi cuꝫ ſenioribus plebis. Et
ſcribe conſilium facientes quere-
bant falſum teſtimonium contra
dominum: vt eum morti trade-
rent. vt poſſent accuſare eum pi-
lato. Et cum multi falſi teſtes fuiſ
ſent falſo locuti nō fuerunt ap-
probati. Nouiſſime aūt venerūt
duo falſi teſtes dicētes cōtra eū:
de duobus. Nos audiuimus euꝫ
dicentem. Soluite templum hoc
⁊ in triduo reedificabo illud. In
ſuper ipſum accuſamus: quia ſe
fecit filium dei. De iſtis impleta
eſt prophetia Dd. Inſurrexerūt
in me teſtes iniqui. Chriſtus autē
nihil ad hoc reſpondebat. O bo-
ne ieſu qui totum mundum do-
cuiſti ⁊ nunc ſiles. Dixit autem
ei Cayphas. Nonne vides in
quantis iſti te accuſant? Nec etiā
Caypbe Chriſtus aliquid reſpon
dit. Indignatus Cayphas dixit
ei. Adiuro te per deum viuum:
vt dicas mihi ſi tu es Chriſtus fi
lius dei viui. Chriſtus autem ne
videretur nomen dei deſpicere:
reſpondit verbum hoc. Tu dixi
ſti quaſi dicat. Ita eſt ſicut dixiſti
⁊ tamen ſi ego dixero non cre-
des mihi. Ueruntamen ne ex-
cuſationes habeatis ſupple o vos
iudei: dico vobis quia videbi-
tis filium hominis. idest me: in
die iudicij venientem in nube ad

iudicandũ mundũ. Et dixerunt
ei iudei. Ergo tu es fili⁹ dei? Re
ſpondit eis. Vos dicitis qꝛ ego
ſum. Tunc princeps ſacerdotuꝫ
ſcidit veſtimenta ſua. volens oſtẽ
dere amorẽ legis. d. Blaſſema-
uit. Quid adhuc egem⁹ teſtib⁹?
At illi dixerũt oẽs. Reus ẽ mor
tis. Tunc ceperunt eum ⁊ expo-
liauerunt. ⁊ eius oculos bindaue
rũt ipſum ligantes ad colũnam.
Quidam percutiebãt eũ in faciẽ
d. Quis eſt qui te percuſſit? Qui
dam palmas in faciẽ dabãt. Qui
dam ſpuebant in eũ. Clama hic.
O maria: nõ ſcires quomõ de fi-
lio tuo male tractaſ. de hac deri-
ſione ⁊ percuſſione. ĩpleta eſt pro
phetia. Iſa. 50. Faciẽ meam non
auerti ab increpantibus ⁊ cõſpuẽ
tibus in me. O ieſu benedicte q̃
dura ⁊ q̃ aſpera fuit tibi nox illa in
qua a principio vſq; in finẽ quietẽ
neſciuiſti. Venerũt aũt prĩcipes
iudeorũ ⁊ phariſei ad domũ cay-
phe ⁊ acceperũt chriſtũ ligatuꝫ ⁊
flagellatũ: ⁊ adduxerunt eum ad
domum pilati. Secũdũ Chriſo-
ſtomum imperator romanus ha
bebat duos vicarios quaſi reges
ſ. pilatum ⁊ herodem. Pilatus
erat dominus hieruſalem: ⁊ he-
rodes in prouincia galilee. Nec
erãt iudei ſed foreſes: Iuxta Ia-
cob propheciã. Nõ auferet̃ ſce
ptruꝫ ⁊c. Ductus ergo corã pi-
lato dixerũt ei. Inuenimus hũc
morte dignum. Cum eſſet in pre
torio. pilatus exit ad iudeos fo-
ras ⁊ dixit eis. Quã accuſationẽ
facitis aduerſus hoiem hũc? Re
ſponderunt ei. De tribus ipſum
accuſamus. Primo qꝛ predicat
falſam doctrinam: ſed mentieban
tur in cap. qꝛ Io. 8. Ego veritа-
tem loquor vobis ⁊c. Secundo
qꝛ prohibuit dari tributa Ceſari:
ſed mentiebantur quia Mat. 22.
Reddite que ſunt Ceſaris Ceſa-
ri: ⁊ que ſunt dei deo. Tertio qꝛ
ſe facit regem iudeoꝝ ⁊ filiũ dei.
Audiens hos ſermones pilatus
dixit eis. Accipite euꝫ vos ⁊ ſm
legem veſtram iudicate. Reſpõ-
derunt iudei. Nõ licet nobis in-
terficere quẽquã. Ingreſſus pila
tus ad ieſum dixit ei. Tu es rex
iudeorũ? Secũdũ Remigiũ de
duabus primis accuſationib⁹ pi-
latus nõ curauit inquirere. Non
de prima q̄ſ. predicabat falſam
doctrinam: eo q̄ ipſe eſſet genti-
lis nõ iudeus. Nõ de ſecunda: qꝛ
ſciebat illud eſſe falſum. Sed tan
tuꝫ de tertia q̄ eſſet rex iudeorũ:
eo q̄ romani nomẽ regis a iude-
is abſtulerãt. Reſpondit ei chri-
ſtus. A temetipſo hoc dicis: an
alij tibi dixerũt de me? quaſi di-
cat. Cõcepiſti hanc opinionem de
me per temetipſum? Reſpondit
pilat⁹. Nũquid iudeus ego ſum.
Gens tua ⁊ pontifices tui: tradi
derunt te mihi ⁊ te accuſat. Re-
ſpondit ieſus. Regnũ meum nõ
eſt de hoc mũdo. quaſi dicat. Nõ
quero tẽporalẽ dominationem.
Dixit ei pilatus. Ergo rex es tu?
Reſpondit ieſus. Tu dicis. Qꝛ
rex ego ſum. Ego in hoc natus

ſum vt teſtimoniū perhibeam veritati. Dixit pilat⁹. Quid eſt veritas? Et nō expectato reſponſo exiuit ad iudeos dicēs. Ego nullam cauſa; mortis inuenio in eo. Et vt liberaret eum: dixit iudeis maximum eſſe peccatū: cōtra innocentē iudicare. Gloſe dicūt q̄ multa declarauit pilato: propter que querebat eius liberationem. Dixerūt iudei. O pilate. ſi nō eſſet niſi cōmotio quā excitauit in populo: incipiēs a galilea vſq; huc: meretur mortem. Audiens pilatus ipſum eſſe de prouincia galilee gauiſus eſt: eo q̄ non eſſet de ſua iuriſdictione. Unde miſit ipm ligatū ad herodem qui tunc venerat ad feſtum paſce. Tunc herodes interrogauit eum de multis ſermonibus: eo q̄ audierat multa de xp̄o. At ieſus nihil reſpondit. Qđ factū eſt duplici ratione. Primo q2 ipſum reputabat excōmunicatū: eo q̄ occiderat Joānem baptiſtam. Secundo q2 ſciebat nihil proficere ei: q2 interrogabat ipſum ex curioſitate. De iſto ſilentio cōpleta eſt prophia. Iſa. 53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Tunc videns non reſpondere verbum: deſpexit ipſum ⁊ veſtiri fecit alba veſte ſicut fatuū. Ubi fuit magna iniuria. De iſta deriſione completa eſt ꝓphia Job. 12. Deridetur iuſti ſimplicitas. Unde remiſit ipſum ad pillatum: quia non erat de ſua iuriſdictione. Et facti ſunt amici in die illa: quia erant antea inimici. De iſta amicitia completa eſt prophetia. Aſtiterunt reges terre ⁊c. Pilatus autē conuocatis ſacerdotum principibus ⁊ alijs, dixit. Jam interrogaui iſtu; : ſimiliter ⁊ herodes nihil mali reppertit. Ideo ad me miſit ipſu;. Tūc iſti clamauerūt. Tolle tolle eū. Crucifige: Audiens pillatus furore; iudeorū: conabatur tribus modis liberare eum. Primo: quia ſe fecit rege;. Jō eum corripta;. Unde tradidit illū militib⁹ flagellandū. Unde dicūt doctores q̄ ligauerunt ieſu; denudatum ad columnam quandā coſā iudeis ⁊ eum flagellauerunt acriter. Completa eſt prophetia Iſa. 1. A planta pedis vſq; ⁊c. Deinde impoſuerunt capiti eius corona; ſpineam ⁊ induerunt eum purpura ⁊ circunderunt eū ⁊ ſanguis currebat ad terrā. Et clamabāt ad illū coronatū. Aue rex iudeorū. Et ſpuebant in eum ⁊ dabant ei alapas. Et percutiebāt caput eius. De iſta coronatione impleta eſt prophetia que dicit Iſa. 2. Coronās coronabit te tribulatione. Et tunc pilatus oſtendit eum ſic flagellatu; iudeis dicens. Ecce rex veſter quaſi dicat Iuxta delictu; ⁊ veſtram iniuriam qua ſe regē iudeorū fecit puniri illū. Ubi diminratis cū abire. Clamauerūt oēs. O pilate crucifige eū. Tolle eum. Uidēs demon tantā xp̄i patiētiā dubitans an eēt meſſias ⁊ volēs īpedire paſſionē ſuam apparuit vxori pilati in

ſomnis. Unde iudeis clamantib⁹ crucifige. illa miſit ad pilatum maritum: dicens illi. Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Quaſi dicat. nullo modo eum cōdemnes, magis eū dimit tas. Multa enim ſum hodie paſſa per viſum propter eum. Quia vt dicit Rabanus: demon apparuerat ei mouens eam terroribus ad liberationem chriſti. Volēs ſic impedire hominum ſalutē. Dubium ponit. Utrum demon agnouit chriſtū eē verum meſſiam. Secundo modo vſus ē ad liberandum ipſum. Erat conſuetudo inter iudeos ꝙ omni anno in paſcalis feſto dimittebat vnus de incarceratis propter honorem feſti: quem ipſi petiuiſſent. An chriſtū An baraban vellēt liberari. Quē vultis de duobus dimitti? Dixerunt omnes. Baraban. Et pilatus dixit. Quid faciam de ieſu qui dicitur chriſtus? Dicūt omnes. Crucifige. Et pilatus dixit. Regem veſtrum crucifigā? Et iudei dixerunt. Non habemus regem niſi Ceſarē. vnde caueas. Si hūc dimittis nō es amicus Ceſaris. Et accuſabimus te de proditiōe. Q: omnis qui ſe regem facit. cō tradicit Ceſari. Quando pilatus audiuit hos ſermones. ⁊ nihil ꝓficeret ex verbis ſuis: voluit cōplacere iudeis ne accuſarent eum. Tertio modo vſus eſt. Cum enim chriſtus eſſet ī palatio pilati. Pilatus accepit ieſum nudum flagellatum: ⁊ oſtendit eis vt ſic ad cōpaſſionē mouerent. Et dixit eis: Ecce homo: vz quem vultis indigne crucifigi. Oſtende in hoc loco chriſtum ſine cruce. At illi vidētes clamauerūt. Crucifige eū. Tolle eum. O ieſu amantiſſime quanta fuit iſtorum crudelitas in deorum: qui dediſti eis tot beneficia. Et tamen dimiſerūt latronem homicidam barabam. te autem crucifigūt. O mens dura cur tā adamātina es: vt domino tuo cōpati negligas. Qui pro compaſſione tua voluit crucifigi. O ieſu mi quantum nos dilexiſti. Sed te nos miſeri non diligimus. Sed vbi es o maria? Ubi habitas? An ignoras que circa filium tuū geruntur? O ſi ſciuiſſet: mortua nō dubito cecidiſſet in terram. ⁊ hoc pre amore quem ad filium habebat. Quod audiēs pilatus decreuit ī timore ductus ſuam mortis dare. quā ſuiam videbimus infra.

Tertium myſterium dicit ⁊c. Uidens nāq̧ pilatus iudeorum furorē non poſſe ſedare: quinimo clamabant. Si hunc dimittis ⁊c. Accepta aqua lauit manus coram populo dicēs. Innocēs ego ſum a ſanguine iuſti hui⁹. Uos videritis. Sup quo Remigius. Mos erat apū antiquos lauar man⁹ corā populo. cū qs vellet oñdere ſe īnunē eē ab aliquo crimine. Ita fecit pilat⁹. O pilate: aqua maris nō lauaret hoc peccatum. Q: ſcis qꝰ pp inuidiā tradit eum. Mat. 26. Sciebat autem pilatus ⁊c. Uidens aūt populus pilatū quaſi pa

nidus dixit ei. Sanguis eius ſuper nos et ſup filios noſtros. Dicunt quidam ſingulis annis i crucifixiõe domini iudeos ſanguinẽ emittere per poſteriora. Juxta illud. ps. Percuſſit eos in poſteriora: opprobrium ſempiternũ ꝛc. Pilatus ergo ſedẽs ꝓ tribunali ſcd̃m ordinẽ curie: ſententiã iniuſtã cõtra ieſuz ꝓtulit vt crucifigeretur: dicẽs ſic Nos põti⁹ pilat⁹ pariterqꝫ ſenat⁹ populuſqꝫ romanus in hieroſolimis vniuerſaqꝫ iudea locũ tenẽs generalis. ſedẽs pro tribunali ac volens Ceſaris Auguſti mãdatiſqꝫ totius populi romani obedire ac decreta ſeruare: Jeſũ nazarenũ cõſpectui nr̃o ſtatuĩ quẽ ſcribe ac phariſei crimine leſe maieſtatis accuſarũt. ac id p teſtes idoneos rite iuratos interrogatoſqꝫ cõprobarũt: ꝓut ſenatus cõſulta ac decreta clamant cõdẽnam⁹. Ducat itaqꝫ ad locuz iuſtitie ſolitũ. Et poſtqꝫ cũ multis verberibus ceciderint. cruci appẽdite: tali modo vt ei⁹ aia a corpore ſeparetur. Hec ille. Uidẽs iudas xp̃z cõdemnatũ penitentia ductus ſed falſa: laqueo ſe ſuſpendit. Sentẽtia autem crucifixiõis fuit acerbiſſima ſm̃ Aug. lib. de cõſenſu euange. triplici rõne. Et Thomã in Cathena aurea ſimul cum Gloſa.

C Primo. ratione oneratiõis.
C Secundo. ratione aſſociationis.
C Tertio. ratione lamẽtationis.

C Primo ratione ꝛc. Crux xp̃i fuit valde oneroſa et grauis. Que grauitas põt oſtendi ex duobus. Primo ex lõgitudine: quia crux vt dicit i hyſtorijs ſcolaſticis i altitudine lõga fuit quindeci pedũ. Secũdo ex materia: qꝛ fuit d̃ cedro. cypreſſo oliua. et palma: q̃ ligna ſũt magni põderis. Quã tñ patiẽter ieſus portabat. De hoc ligno crucis quõ ſit inuẽtuz. habet i hyſtoria ſcolaſtica. qꝛ regia Saba qñ venit videre Salomonez. Uide i Hora. De hoc ligno cõpleta ẽ figura Gen. xx. De Jſaac. qui portabat ligna. Sꝫ cũ nõ poſſet portare qꝛ debilis erat tulerũt hoĩ cireneo noie Simoni vt tolleret crucẽ ieſu. Quoniã vt dicit Tho. vbi ſupra. Cũ ſepius temptaſſet illã ieſus portare. ꝓ debilitate ſerre amplius non potuit. Curre o anima mea. curre velociter et humeros tuos ſubige illi cruci. in qua Jeſus bonus operatus eſt ſalutem. Et videns Joannes qꝛ non erat amplius remedium euadendi ne mater poſſet conqueri de ipſo. cucurrit. Ierſoliniam ad domum Magdalene: vbi Maria mater remanſerat. Primo. O mater inquit meſta. O magdalena. Maria attonita vocat magdalenam. O magdalena audi vocem vnam. videtur vox Joannis. Ad feneſtram reſpiciunt. et vident Joannem ante hoſtium ſtantem. Quid eſt hoc? O mater ſancta filius tu⁹ ducit ad mortẽ.

Statiꝫ maria cuꝫ magdalena ve-
niunt ad ciuitatē hieruſ. feſtine.
Et interrogāt de filio. O fili mi
vbi te inueniā: Unde iuit ad por-
tam caluarie. ¶ Secundo chriſti
paſſio fuit acerba ⁊c. Aſſociatus
namqꝫ eſt duobus latronibus. pro
phetia cōpleta eſt. Iſa. 53. Et cuꝫ
ſceleratis deputatus ē. Unde du
bium queritur. Utrum conuenien
ter ſit factum hoc? Reſpondet
Hiero. ſuper Mattheū. Quod
ſic. Ut ſic magis eſſet cōfuſus be
nedict⁹ ieſus. Quia ſicut pro no-
bis maledictū crucis voluit aſſu
mere. ſic pro omniuꝫ ſalute inter
noxios quaſi noxius crucifigere-
tur. Maria autem de domo pila
ti verſus montem caluarie vadit
tota lachrymabilis. ⁊ eundo ſan-
guinē filij ſparſum in terra vide-
bat. Anteꝗ̄ ad locuꝫ deueniſſent
ſue occiſionis: mater eius afflicta
⁊ meſta obuiā illi proceſſit volēs
ipſum tangere. Quā vt filius aſ-
pexit merore confectaꝫ in terraꝫ
cecidit fatigatus ſub cruce. Ipſa
etiaꝫ mater benedicta quaſi mor-
tua in terrā cecidit. Ob quod in
loco illo in huius facti memoriaꝫ
capella a fidelibus conſtructa eſt:
que Sācta Maria de ſpaſmo nū
cupat. In ſe aūt reuerſa filiū non
agnoſcēs dicebat Ioanni. Qua-
lis ē Ioānes fili⁹ meus? Rūdit
Ioānes. ille o mater ⁊ndicta eſt.
qui ē ſāguinolētus. O q̄lis dolor
virginis. O q̄lis paſſio erat illa.
O maria dulciſſima incipiūt ve
rificari Simeonis de filio tuo di-
cta etiā ⁊ de teipſa. Et tuaꝫ ipſius
aiam ⁊c. Cōpleta ē ꝓphetia Iſa.
53. Uidimus eū quaſi non haben
tem ſpēm nec decoreꝫ. Ubi ſunt
illi oculi pelegrini o ieſu? Ubi illa
facies tota iocunda? Ubi capilli
criſpi? Ubi barba rubicūda? Ui-
dimus inquit propheta cuꝫ quaſi
nō habentē ſpeciē nec decorem.
Ecce ſecundā rō. ¶ Tertio ratio-
ne ⁊c. q: ſequebatur eū multitu-
do populi mulierū ac virorum
qui plangebant euꝫ ⁊ lamētaban
tur. Cum quib⁹ ipſe cōpatiendo
predixit futurā calamitatē ⁊ deſo
lationē ipſius ciuitatis. Filie hie-
ruſalem nolite flere ſuper me ſed
ſuper vos ipſas flete. ⁊ ſuper fili-
os veſtros: quoniā ecce dies ve-
nient in quibus dicetis. Beate ſte
riles que nō genuerunt ⁊ vbera
que nō lactauerūt. Et hoc imple
tum eſt in obſidiōe ⁊ captione hie
ruſalem a Ro. Quando tot mil
lia fuerunt occiſi ⁊ venditi ⁊ vſqꝫ
in hodiernū diem per mundum
diſperſi ⁊ vagabundi. qui ante
erant peculiares populi. Sed
merito. Queritur dubium. Cur
ieſus chriſtus magis voluit pati
in hieruſalem q̄ alibi? Ad hoc re
ſpondeo ſecundum Augu. libro
de conſenſu euange. Quod hoc
factum eſt duplici ratiōe. Pri
ma quia hieruſalem erat locus a
deo electus ad ſacrificia ſibi offe-
renda. Que quidem ſacrificia fi-
guralia figurabant chriſti paſſio-
nē: q̄ ē verū ſacrificiū. Ad ephe.
5. Tradidit ſemetipſū oblationeꝫ

⁊ hoſtiam deo in odorem ſuauita-
tis. Et ideo quia virtus paſſio-
nis eius erat ad totum mundū
diffundenda: ideo in medio terre
habitabilis pati voluit. idest in
hieruſalem. Unde in ps. Rex no-
ſter operatus eſt ſalutem in me-
dio terre. idest hieruſalem: que di-
citur terre habitabilis vmbilic⁹.

Secunda ratio: quia hoc ma-
xime cōueniebat humilitati eius:
vt ſicut elegit vterum virginis
humilem: iuxta illud Reſpexit
humilitatem ancille ſue. Et ſan-
ctū preſepe in quo iacuit ⁊ plan-
gere voluit: Iuxta illud Ambro-
ſij. Vagit infans inter arta ⁊c. Et
locum aſine: iuxta illud Zacharie
9. Ecce rex tuus venit tibi man-
ſuetus ſedens ſup aſinā. Inſup co-
linam elegit. in qua fuit deriſus.
Et turpiſſimum genus mortis
crucis elegit. Ita pertinebat ad
ei⁹ humilitatē pfectā. vt in loco tā
celebri confuſionem maximā ſu-
ſtineret. Unde Leo papa egregie
in ſermōe epiphanie dicit. Quia
formam ſerui ſuſceperat. Betleem
preelegit natiuitati ⁊ hieruſalem
paſſioni. Ille. Erat enim hieruſa-
lem metropolitana. principalis
ſedes magiſterij ⁊ ſacerdotij. Un-
de in illa debuit pati confuſio-
nem. Sed non in terra ſed in
aere. ſcilicet in monte Caluarij:
quia vt dicunt alique gloſe: Abra-
am immolare voluit ibi filium
qui figurabat futuram Ieſu chri-
ſti immolationem. Et ſic patet
ternium myſterium.

QUartū myſteriū dicit-
ur crucifixionis. Quan-
do fuerint puenti i mō-
tē Caluarie. q eſt loc⁹
iudicij vbi mali decapitabant: de-
nudauerūt xp̄m benedictū: ⁊ qua-
tuor milites diuiſerūt veſtimēta
eius. ſortē mittētes. De hoc ꝯple-
ta eſt prophetia Dauid. Diuiſe-
runt veſtimēta mea ſibi ⁊c. Que
quidem veſtis facta ē a beata vir-
gine: ⁊ erat inconſutilis. que ipo
creſcēte ⁊ ipſa creſcebat. Habens
ad quatuor angulos palliorū fim-
bria ſiue recamaturā. iuxta illud
Numeri. 15. Loquere filijs iſra-
el vt faciāt ſibi fimbrias p quatu-
or angulos palliorū ⁊c. Hāc ve-
ſtē milites diuiſerūt. Cogita ani-
ma mea ſi poteſ: qualis dolor fu-
it qn̄ extraxerunt camiſiā q adhe-
rebat vulneribus: pellis ſequeba-
tur ipſā. ⁊ riuuli ſanguinis ema-
nabāt. At ille ſtabat ſicut manſue-
tus agnus. Quo facto antequā
pōeret ſe ſuper crucē: ad iudeos
ſe vertit ſic dicens. Popule me-
us quid feci tibi. aut quid mole-
ſtus fui? Reſpōde mihi. Ego ꝓ-
pter te flagellaui egyptum cum pri-
mogenitis ſuis. ⁊ me flagellatū
ducis ad crucem. Ego te eduxi
de egypto demerſo pharaone in
rubro mari. ⁊ me tradidiſti prin-
cipibus ſacerdotum. Ego te pa-
ui manna per deſertum: ⁊ tu me
cecidiſti alapis ⁊ flagellis. Ego de-
di tibi ſceptrum regale: ⁊ tu meo
capiti coronam ſpineam. Ego ꝓ-
pter te percuſſi reges cananeorū:

⁊ tu percuſſiſti caput meum arūdine. Ego aquā de petra eduxi. Inſurgentes ↄtra te: hoſtes proſtraui. ſcilicet Seon regem amorreorum: ⁊ Og regē baſan. Ego a captiuitate diuina: ſcilicet p ſeptuaginta annos propter ſcelera tua i babilonia per Eſdram ⁊ Zorobabel ad propria reduxi. Ego ex genere tuo carnē ſumens. regale ſolium celi dimiſi: vt tibi eſſem frater: tu aūt paraſti crucem ſaluatori tuo. Ego p ciuitates tuas. caſtra. ⁊ vicos diſcurri: in tui vtilitatē laborans. Ego ſemper in templo docui: que te ſalui facere poſſent. Ego cecos tuos illuminaui. leproſos mundaui. claudos erexi. obſeſſos a demonibus liberaui. Surdis auditū reſtitui. mutis loquelam. Infirmis ſanitatem. mortuis vitam. Nūquid in his moleſtus fui? Precepta diuina declaraui. errores confutaui. vitia reprehendi. conſilia perfectionis adieci. Quid vltra debui facere ⁊ potui: ⁊ nō feci? Hec mihi reddis dn̄o popule ſtulte ⁊ inſcipiens. Pro his oibus beneficijs tibi collatis: paraſti crucē ſaluatori tuo. In illa hora fleuiſſet pater ſi corpus habuiſſet ex cōpaſſione filij ſui. Fleuerunt angeli. Iſaie 34. Angeli pacis amare flebunt. Fleuit Maria que gladio doloris fuit perforata. Et oēs dolores partus ⁊ mortis: in paſſione filij fuerūt ei ſeruati. Fleuit Petrus Matth. 26. Egreſſus foras fleuit amare. Fleuerunt oēs apoſtoli: Iuxta illud. Triſtes erant apoſtoli. Fleuerūt oēs mulieres. Magdalena. Maria. Iacobi. ⁊ Salome. ⁊ reliq̄ mulieres. Luce. 23. Filie hieruſalē: nolite flere ſup me: ſed ſuper vos flete. Hs dictis vertit ſe ad patrē voce plā dicens. Pater mi. hec eſt hora in qua quod ordinaſti iplere icipio: ꝓpter obedientiā tuam. Iudei aūt his finitis ipſum ligauerūt ſuper crucē. Ille aūt vt agnus manſuetus regalia ſua brachia extendit. Et illas manus ſanctiſſimas ſpontanee crucifixoribus porrexit. Et aſpiciens in celū dixit patri. Pater ignoſce illis. Dum igitur in cruce extenditur. Unus accipit clauum ⁊ in manu ſua poſuit. Alter miles qui tenebat aliā manū videns ꝙ manus ſiniſtra ſe retraxerat ⁊ ꝙ non attingebat ad illud foramen traxit illam fortiter. ponens pedē ſuum ad crucē ⁊ fortiter eum traxit cū fune: ita ꝙ oſſa pectoris numerari poterant. Et ſic affixit eam clauo: Malleorum aūt ictus audiebantur ab illa meſtiſſima matre: cuius cor ↄfigebatur clauis illis acutiſſimis. Qui manus. ⁊ pedes. oſſa ⁊ carnes filij ſui rumpebant. Et ſic in cruce extenſus dulciſſimus ſponſus dicebat patri. Suſcipe ſancte pater me dilectum filiū tuum. quē tibi offero in ſacrificiū immaculatum pro ſalute humani generis. Ecce o pater mi. iā nō amplius tibi offeruntur legalia ſacrificia hircoꝝ aut agnoꝝ: ſed caro innocentis fi

lij tui. Triginta ⁊ tres anni elapſi ſunt, qḋ iſ hanc crucem aſpiciēs in illam mori pro humani generis redēptione deſideraui. De pedibus ⁊ manibus pforatis impleta eſt ꝓphetia Dauid. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Secundum Bern. Chriſtus habuit tres lectos. Primū uterū virginis in quo ꝑ nouem menſes ſtetit. Sedm: ſanctū preſepe in ſua natiuitate. Tertiū: crucē in qua habuit tantū locum: vt caput appodiare poſſet: iuxta illḋ Math. 8. Vulpes foueas hñt et volucres celi nidos. filius aūt hoīs nō hʒ vbi caput reclinet. Unde idem Bernardus. Circuire poſſum celū ⁊ terrā: mare ⁊ oīa que in eis ſunt, ⁊ non inuenio te niſi in cruce o bone ieſu. Ibi iaces, ibi cubas, ibi dormis in meridie. Hec ille. Pilatus aūt ſcripſit titulum literis hebraicis, grecis, ⁊ latinis, ⁊ poſuit ſupra crucē. Ieſus nazarenus: rex iudeoꝝ. Sed q̄ritur dubium quare hac triplici lingua titulus ille fuit ſcriptus? Reſpōdeo ſecundū Criſo. Credibile eſt multos gentiles ſimul cum iudeis in hieruſalem ꝓpter feſtum conueniſſe. Et ideo vt nullus ignoraret: non in vna tantū lingua ſcripſit: ſed in tribus. Dixerunt autem pontifices iudeoꝝ pilato. Noli ſcribere Rex iudeorum ⁊c̄. Pilatus autem. Quod ſcripſi ſcripſi. Et crux eleuata fuit ⁊ poſita in foramine atque plantata. In ipſa autem eleuatione pondus corporis per tres clauos vel per quattuor ſecundū quoſdā ſuſtentabatur. Ideo mēbra illa incredibili cruciabant dolore. Sʒ ⁊ tūc meſtiſſima mat̄ filium intuēs cōſpexit, difformē, grandi angustia plenū, i medio latronū pendentē: adiutorio Magdalene ⁊ Iohānis quātū potuit ꝓpinquare ſe fecit. Ubi cernēs filium mutatum in facie: lachrymabiles voces dabat. Hoc expreſſit Io. quādo dixit. Stabat autē iuxta crucem ieſu mater eius, ⁊ ſoror matris eiꝰ maria Cleophe, ⁊ maria Magdalene. Et qḋa. Stabat mr̄ doloroſa iuxta crucem doloroſa ⁊c̄. Canta verſum. Erant autem turbe que clamabant. Pretereuntes clamabant mouentes capita. Vah. qui deſtruis templum dei ⁊ in triduo reedificas illud. Salua temetipſum. Si filius dei es: deſcende nunc de cruce. Alios ſaluos fecit: ſemetipſum ſaluum non poteſt facere. Similiter vnus de his qui pendebant latronibus: blaſfemabat eum dicens. Si tu es chriſtus: ſalua temetipſum ⁊ nos. Reſpondit alter ⁊ increpabat eum dicēs. Neque tu times deum qui in eadem es damnatione. Preterea quedam gloſa ſuper Tobiam dicit demonem ſteriſſe ſuper crucis humerum ⁊ ꝯſideraſſe an chriſtus aliquam maculam haberet: Unde ipſe dicit Ioā. 14. Uenit enim princeps mundi huius ⁊ in me non habet quicꝙ̄. Ieſus

autē in toto perſecutiōibus ⁊ ma
ledictis dixit ſepiē verba: maxie
vtilitatis. Primū verbū. pa-
ter ignoſce illis. Opere implens
qḋ verbo docuit. qn̄ dixit Mat.
5. Orate ꝑ perſequētibus ⁊ ca-
lumniantibus. Super quo ver-
bo Ber. ſuper Can. Flagellis ce-
ſus. ſpinis coronat᷒. clauis cōfoſ-
ſus. opprobrijs ſaturatus: imme-
mor tm̄ oīum doloꝝ clamat. Pr̄
ignoſce illis. Pr̄ amātiſſime. pr̄
benignſſime. A paterno noīe in
cepit filius ⁊ ſuo blandiēs genito
ri. nil ſibi nauigari concludit di-
cens. Ignoſce illis. Nec aīt exa-
mina. pōdera: ſed ignoſce. Ut do
ceat nos non debere ponderare.
examinare. iudicare: ſ; pleno ore
atqꝫ efficaci ope indulgere. Ille.
Hoc verbo primo. Pater igno
ſce ſ; Hiero. pluſquā. 5000. mil
lia iudeoꝝ ad fidē ſunt conuerſi.
De hac orōne cōpleta eſt prophe
tia. Iſa. 53. Ipſe peccata multoꝝ
tulit ⁊ ꝑ trāſgreſſoribus orauit:
ideſt pro iudeis. Ecce primū ver
bū: maxime charitatis. Scḋ;
verbuz fuit ad latronem: qn̄ ipſe
xp̄o dixit. Memēto mei dn̄z ve-
neris i regnū tuū. Et xp̄s rn̄dit.
Amen dico tibi: qꝛ hodie mecuz
eris in paradiſo. O felix pmiſſio.
O breuis tante felicitatis adim-
pletio. Nullus aūt latronē: hoc
verbū audiuit. Promiſſa ſiqui-
dem fuit patrib᷒ ⁊ ꝓphetis eter-
na vita per xp̄m: ſed nulli ſicut la
troni ita breui ſpacio deſignata.
Sed queritur: qḋs illa die fuit
in paradiſo. qꝛ vſqꝫ ad dies qua-
draginta nullus paradiſuz igreſ-
ſus eſt? Rn̄deo φ latro vidit di-
uinitatē. vn̄ paradiſuz hūit. Iſte
latro fuit ille qui xp̄m cū matre ⁊
Ioſeph i egyptū fugientes a fa-
cie Herodis. liberauit eos ḋ ma
nu latronū ⁊ eos ſociauit vſqꝫ ad
locū ſecuruz. Et ſtans ſic ieſus in
cruce audieb. et querelas matris
dicentis. O fili mi olim anime
mee conſolatio ⁊ gaudiū: nūc au-
tem gladius penetrabilior oī en-
ſe acutiſſimo. Fili mi quē nouem
menſibus in vtero tenui. quē par
uo lacte paui. quē totiens infantē
⁊ paruulū pannis inuolui. In cu-
na repoſui. ⁊ amoroſis amplex-
ibus ſtringi inter vbera mea. ⁊
oſculata ſui. O ꝙ infelix mihi ⁊
tibi facta eſt dies iſta. Et quis po
terit mederi vulneribus dolorū
meoꝝ. ⁊ mitigare anguſtiā miſel
le matris tue: cū inſpiciā te filiuz
meū vt leproſuz factū: qui ſpecio
ſus eras pre filijs hoīum vt male
ficū ⁊ reū cū iniquis deputatuz?
Qui ſanctus ſanctoꝝ es. vt fatu-
um ⁊ ſtultum cerno. in quo recō-
diti ſunt oēs theſauri ſapiētie dei
vt hoſtem omnium: qui omnib᷒
affabilis. benignus. ⁊ humanus
ſemper extitiſti. ⁊ ſup omnia vi-
deris oblit᷒ mei vidue mr̄is tue.
Nam ecce iā morieris: ⁊ nihil mi
hi dicis. Et qḋ faciaz ego ſine te
filio meo. Quo diuertā. Ad quē
confugiam. Tu mihi pater. tu
mihi frater. tu mihi blandus fili᷒
eras. Tu mee diuitie. tu mee deli

tie: tu mea gloria. O me deſola-
tam. que tantum unicum filium in cruce
video deficere. O amantiſſime
fili loquere mihi matri tue. Lo-
quere ut audiam vocem tuam ci-
gno canore dulciorem. Loque-
re ſaltem ut ſic ſaltem audiens verba
tua. patientior fiam ad tolerandã
penã que me cruciat pro amore
tuo. Non deneges mihi qđ po-
ſtulo. Exaudi me. ⁊ verbo tuo cõ
ſolare: ne deficiam in hoc tribula
tione. O fili mi lumen oculorũ
meorum. condeſcendiſti latroni: mi
ſericorditer loquẽs ei. Acquieſce
itaqz voto matris tue: ⁊ dic mihi
quid factura ſim. His ⁊ ſimilib⁹
querelis loquebatur meſtiſſimo
filio. qui nõ minorẽ patiebat pe-
nã ꝓpter triſtitudinẽ mřis: quã
ſentiebat amaricatã. Jõ dicebat.
O mi mater quõ gaudia que de
me ſuſcepiſti conuerſa ſunt tibi in
luctũ. Ubi ſunt angeli: in mea na
tiuitate cantantes. Ubi paſtores ad
preſepe venientes. Ubi reges oriẽ
tales i cuna me adorãtes. Ubi gra
ta p. 33. ãnos vtriuſqz conuerſa-
tio ⁊ familiaritas. Unde ei dixit
triplex verbum. Mr ecce filius
tuus. ſ. Joannes euang. q ſecũ iu
xta crucem erat. Super quo Chri
ſo. Non .d. mř. q̃ſi ſi dulci⁹ locut⁹
fuiſſet: forte cor virginis crepuiſ-
ſet. Et Tho. in Cathena aurea.
q. d. commẽ matri ſue. Uſqz mo
do tui curã habui: ſed memor tui.
iſtum relinquo. ſ. Joannẽ. Dein
de commẽdans eã diſcipulo dixit.
Ecce mř tua. quaſi dicat. Depu
to te ad eius cuſtodiam. Et ex illa
hora accepit eam diſcipulus in ſu
am. ſ. curam ⁊ diligentiam. Un-
de dicit Joan. damaſce. ꝙ dolo-
res partus ⁊ mortis qui fuerunt
ei preſeruati: in morte filij ſũt ei cõ-
municati. Fatigatus iam delica-
tus iheſus quia ꝑdiderat quaſi to-
tum ſanguinẽ ſitiebat. Unde di-
xit aliud verbũ. Quartũ ver-
bum. Sitio. Sitiebat naturaliter
ꝓpter penã. ⁊ ſpiritualiter ſalutẽ
noſtrã. Super quo Ber. in ver-
bo Sitio. O domine quid ſitis?
Fidẽ veſtram. Salutẽ veſtram.
Gaudiũ veſtrum. Plus animarũ
veſtrarum q̃ corporis mei cruciat⁹
me tenet. Illi. ſtatim dederũt
ei milites bibere vinum cum felle
mixtũ. Unde queritur dubiũ.
Quare vino ſic amaro potaue-
runt eum? Reſpondet Nicola-
us de lira. quod aliqui dixerũt id fa
ctum fuiſſe. vt citius xp̃s more-
retur. Et ſic milites ab eius cu-
ſtodia citius liberarent. qui debe
bant ipſum cuſtodire quouſqz ex
piraſſet. Sed Nicolaus ipſe di-
cit aliter ⁊ melius. Nã legit in quo
dam libro hebraico qui apud eos
intitulatur Liber iudiciũ ordina-
riorum. Quod qr Salomon di-
xerat Prouer. 31. Date ſiceram
merentibus ⁊ vinũ his qui ama
ro ſunt animo: vt bibant ⁊ obli-
uiſcantur egeſtatis ſue. Ideo ſe-
niores iudeorum ſtatuerunt. vt cõ-
demnatis ad mortẽ daretur vi-
num aromaticum ad bibendum
vt facilius tolerarent paſſionem.

In hieruſalem autem erant matrone deuote que hoc vinū ⁊ ſiceram .i. potū inebriatiuū dabāt ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate mortiſ tale vinū p xp̄o datū ⁊ alijs duobus latronibus: acceperūt ſibi ⁊ biberūt. De hac potatione impleta eſt prophetia. Amos .2. Vinū dānatoꝝ bibebant .ſ. iudei: ⁊ loco eius poſuerunt acetū cū felle mixtū. Cum ergo potū quereret Chriſtuſ. Sitio. Milites qui biberant vinum illud: miſerunt ad villā in pede mōtis caluarie. ⁊ in domo mulieris petierunt vinū venale. Qua dicente: quid vultis facere de iſto vino? Dixerūt. Dare potū voluimꝰ iſti ſeductori qui dr̄ chriſtꝰ. Tunc illa accepit acetū ⁊ miſcuit ei fel agni comeſti ſero precedenti: ⁊ eis dedit. Tūc illi chriſto dederunt ad bibendum. p̄s. Dederunt in eſcam meā fel ⁊c. Sȝ cū guſtaſſet noluit bibere. Potuit virgo clamare qn̄ audiuit filium dicentē. Sitio. Heu mi fili quid audio? O vniuerſe creature celi admiramini paupertatē filij mei. qui dicit ſitio: ⁊ non pōt habere. Qui creauit oia: qui eſt omnipotens non habet ad bibendū? O fili mi: cur non poſſū tibi ſitienti miniſtrare? Cur tibi de pectore meo lac illud porrigere nō valeo quod totiens dū paruulus eras: ſuxiſti? Similit̄ ⁊ magdalena flēdo dicit. O magiſter bone. O magiſter care: ⁊ cur ego indigna diſcipula hac tanta neceſſitate ſubuenire tibi non poſſum? O dānata ſentētia iudeorū. Ecce quō xp̄s protulit quartū dulce verbum. Quintū verbum fuit. Clamauit circa horā nonā voce magna dicens. Hely hely lamazabathani. Nō eſt interpretatū hely .i. deus meus. Lama .i. quare. zabathani ideſt dereliquiſti me. Super quo gloſa dicit: deū dereliquiſſe eum in morte q: poteſtati perſequentium eū expoſuit. Subtraxit .n. ꝓtectionē: ſed nō ſoluit vnionem. De iſta derelictione completa eſt prophetia dauid. Qui me conſolaretur nō inueni. Non .n. conſolabantur eū ſicut fieri ſolet morti addictos a ducentibus. Primo nō iudei. Sed illudebant cū principibus ſacerdotū ⁊ blaſſemabant. Secundo non gentiles: ſed coronam ſpineā imponentes capiti. ꝑcutiebant eum. Tertio non diſcipuli qui fugerant ab eo ⁊ fidem amiſerant de ipſo. Quarto non mater. que ſimiliter perdiderat fidē. Nō denicꝫ pater eternus cōſolatus eſt eū .ſ. ad liberandū eū de manibꝰ inimicoꝝ ſed pro nobis tradidit illū .ſ. voluntati eorum permittendo agere quecūque crudelia voluerūt. Ideo clamauit hely hely. Quidam aūt .ſ. Romani milites: ſm̄ Hieronymꝰ idioma hebraicum ignorantes dicebant. Heliā vocat iſte. Videns aūt ꝓphetias impletas dixit aliud verbū. Sextū verbū fuit. Conſumatū eſt .i. totū feci ꝓpter quod venerā .ſ. vt patri obedirem. Ad

Philip.ij. Factus eſt obediens vſque ad mortē. Super quo Aug. Chriſtus ne perderet obedientiam: perdidit vitā. Conſumatum eſt. ſ. preconiū patriarcharum. Conſumatū eſt: locutio prophetarum. Conſumatum eſt. Figure. prophetie. Conſumatum eſt: opus redemptiōis humane. Conſumatū eſt. i. corpus meū iā mortuum eſt. Conſumatū eſt. i. ade peccatū qui inobiens pomū comedit. Cōſumatū eſt: vz vetus teſtamentū. Hoc dicto ſol obſcuratus ē: q2 a ſecunda hora tenebre facte ſūt ſuper vniuerſam terrā: vſq3 in horā nonā. Velū tēpli ſciſſum eſt i duas partes. Petre crepuere. Terra mota eſt. Vñ ois creatura cōpati xpo viſa ē. In hora aūt nonaſtrum clamore clamauit voce magna verbū ſeptimū. Pr̄ i manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Et inclinato capite: tradidit ſpiritū. Cāta hinc verſum. Et aīa illa ſanctiſſima a corpore exiuit. ⁊ ad lymbū ſanctorum patrū deſcendit. ¶ Crucē hic oſtēde. Diuus ber. Aſcēdit xps i altū crucis: vt ab oībus videret. Voce magna clamauit: vt ab omnib⁹ audiretur. Clamori lachrymas addidit: vt homo ei compateretur. Videns autem maria filium mortuum, fecit planctū ſuper omnes ciuitates. O hieruſalem cui filius meus tot ⁊ tanta fecit in miraculis, in predicationibus. ipſum occidiſti. O capharnaum. O galilea, O effrem. lugete filium meum mortuum. Hic eſt qui tot ⁊c. Videntes aūt ſancti patres xpm. O quāta letitia. O quāta iucūditas. Vñ dixerunt illud Aug. Aduenisti redēptor mūdi. aduenisti quem deſiderantes quotidie expectabamus. Deſcēdiſti p nobis ad inferos: noli nobis deeſſe, cum reuerſus fueris ad ſuperos. Ecce quomodo chriſti paſſio ⁊c.

Quintum dicit ⁊c. Videntes iudei ⁊ alij fortēſes tot mirabilia i ei⁹ morte. q terra tremuit. monumenta ſunt aperta. ⁊ ſol obſcuratus. territi ſunt. Et tunc Centurio exclamauit dicens. Vere fili⁹ dei erat iſte. Unde cōuerſus eſt ⁊ plures reuertebant hieruſalē flētes. tondētes pectora ſua q2 paraſceue erat. i. dies veneris. In cuius veſpera incipit ſolēnitas ſequētis ſabbati. Iudei vt non remanerent corpora ſabbato in cruce. Rogauerūt Pilatū. vt frangerentur crucifixorum crura: ⁊ de cruce tollerentur eorum corpora. Venerunt ergo milites ⁊ fregerunt crura latronū. Ad ieſum autē cum veniſſent. vt viderūt eum iā mortuum. non fregerūt eius crura: vt prophetia eius cōpleretur Exo. xij. Os non cōminuetis ex eo. i. agno. qui chriſtū figurabat. Unus aūt militum. ſ. Longinus lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Sanguis ad nr̄am redēptionē: aq̄ ad peccatorum ablutionē. Utrum autē aq̄ ⁊ ſanguis ꝟ3 Th. in. 3. par. q. 46.

fuit miraculoſus. Quod quidez optime factū eſt: qꝛ ſicut de coſta Ade dormientis facta eſt Eua: vt inquit Gloſa interlinearis: ita de latere xp̄i dormiētis in cruce formata eſt eccleſia. que ſanguine redimitur: aqua lauatur. Hec ille. Unde iſte longinus viſum recepit: qꝛ ſanguis tetigit oculos eiꝰ: Unde ⁊ ob hoc ꝯuerſus eſt ad fidem. ⁊ pro ipſa tādem martyrizatus eſt. Joſeph aūt cuz eſſet diſcipulus xp̄i. occulte iuit ad amicum ſuum Nicodemū: qꝛ ⁊ ipſe diſcipulus Chriſti erat. Et ambo de licentia Pilati depoſuerunt corpus Jeſu de cruce. O qs explicare poſſet immenſum dolorem Marie: que tota lachrymabilis rapuit eius ſanctiſſimū corpus in gremio: ipſuz ꝑ ſingula membra deoſculando: dicēs. O caput ſanctiſſimū: quod totuz mundū docuit. illuminauit. rexit. īfinita bona ei cōtulit. ⁊ nunc te video ſpinis coronatū. O manus ſanctiſſime. O pedes ſanctiſſimi. Dic ꝑ ſingula mēbra. Similiter ⁊ hoc faciebant alie marie. Que accepto vnguento ipſū vnxerūt. Et poſuerunt eū in monumento nouo. Dixerſi aūt Mariam domiuz in bracijs ſuis quaſi mortuā. Hoc pacto: accipias corrigiā quaz pones ad collū. Et ex parte populi genibus flexis miſericordiā pete. Ipſuz deoſculando per ſingula mēbra: ſic dicendo. O bone ieſu ex parte huius populi ciuitatis. Baſo ql capo ſancto. Ex parte populi. o bone Jeſu baſo qlle ſancte mane. Sic proſequere per oīa membra. Et in fine dic. Te precor o dulciſſime Jeſu ꝑ tuam ſanctiſſimā paſſionez: vt huic populo tribuas omnium peccatorū̄ ſuorum remiſſionem in preſenti. ⁊ gloriam in futuro. Amen.

¶ In die iucundiſſime reſurrectionis. De glorioſa Chriſti reſurrectione.

IEſum queritis nazarenū crucifixuz: ſurrexit nō eſt hic. Mar. xvj. Quā ta ſit ſtata gaudioſa. feſtiua ⁊ letabunda. reſurrectio filij dei. in preſenti die. N. ſatis aperte declaratur. ſi dulciter contēplemur tripudia ⁊ leticias: quas fecerunt oēs creature in ipſa reſurrectione. Secūduz Tho. ⁊ Alber. tres ſunt differentie creaturaꝝ. Primo ſupiores. vt angeli. Hi letati ſunt in reſurrectione chriſti: qꝛ videbāt ſanctos ab inferis extrahi. ⁊ ſedes vacuas repleri. Unde eccleſia. Exultet iam angelica turba celorum. Secundo creature medie. i. hoies huius vite letati ſūt. vt apl'i. Eccleſia canit. Gauiſi ſūt diſcipuli. Et de mulieribus: eccleſia canit. Ille dum pergūt ec.

Tertio creature ſuperiores .i. ſancti patres in lymbo: qui educti ſunt a denſis terris. et caliginoſis ergaſtulis. et carceribus lymbi: quem videntes eum ſuſcitatum. dixerunt illud Aug. Aduenisti redemptor mundi quem deſiderantes quotidie expectabam^9. Deſcendiſti pro nobis ad inferos: noli nobis deeſſe dum iterum fueris ad ſuperos. Ille. Et nos debem^9 gaudere et exultare. Ad hoc initat David in ps. quem eccleſia ſepe replicat in officio preſenti. Hic dies etc. Hec eſt dies in quo preces ſunt liberati. Hic eſt in quo apoſtoli et mulieres gauiſe ſunt. Hic eſt in quo ſalus noſtra completa eſt. Ad hanc exultationem inuitent nos oia. Videmus arbores florere. aues in nemoribus canere. terram proferre flores ſuos. Maximus in ſe. In reſurrectione chriſti aer ſalubrior. ſol candidior. terra fecundior facta eſt. In ipſa namque omnia ęmulantia gloriantur. Nam et ipſum ſolem arbitror in hac die ſolito clariorem. Neceſſe eſt enim vt ſic in eius reſurrectione gaudeat qui in eius paſſione condoluit. Ille. De qua quidem reſurrectione. tria dulciter contemplabimur.

¶ Primum. dicitur congruitatis.
¶ Secundum. dicitur expectabilitatis.
¶ Tertium. dicitur immediatatis.

Primum etc. Dubium queritur. Utrum fuit neceſſarium xpm a mortuis reſurgere? Reſpondet Tho. 3. par. q. 53. ar. i. Quod ſic quintuplici ratione.

¶ Prima. eſt propter diuine iuſtitie commendationem.
¶ Secunda. eſt propter deſolatorum conſolationem.
¶ Tertia. eſt propter fidei noſtre inſtructionem.
¶ Quarta. eſt propter vite noſtre informationem.
¶ Quinta. eſt propter figurarum veterum impletionem.

¶ Prima eſt etc. Una maxima eſt in Theo. Quod iuſtitia diuina et humana requirit: vt merito reddatur premium. Et merces labori. Et exaltatio humilitati. Mat. 20. Uoca operarios et redde etc. Et Luc. i. Exaltauit humiles. Et. 18. Qui ſe humiliat: exaltabitur. Et. i. Petri. 5. Humiliamini ſub potenti manu dei. vt vos exaltet in tempore viſitationis. Et Eccleſiaſtici. 3. Quanto maior es: humilia te in omnibus: et coram deo inuenies gratiam. Ideo et cano. 7. q. i. Ibi. Et. 15. q. i. Firmiſſime. Et. xij. q. 2. Charitatem: dicitur. Iuſtum eſt vt illi conſequantur ſtipendium: qui laboris impenderunt obſequium. Et in Aut. de iudicibus. §. Ne autem. col. 6. dicitur. Labor non debet eſſe ſine fructu. Ad propoſitum. Xpus in corpore multum laborauit. et multas et infinitas anguſtias ſuſtinuit. et vſque ad infimum humilitatis ſcilicet mortis ſe humiliauit. Ideo neceſſarium et congruum fuit. quod eius corp^9 reſurgeret. et premium ſue humilitatis reciperet. Et hanc rationem tangit apoſtolus Phil. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem. mortem autem crucis. Propter quod et

deus exaltauit illū ꝛ dedit illi no-
men ꝛc. Chriſtꝰ ſe humiliauit ſup
oēs creaturas. Quia cū eſſet diui
nus ꝛ inuiſibilis. induit hac no-
ſtra ignobili carne mortali. Hu-
miliauit: matrē humilē eligēdo.
Humiliauit: in paruo tugurio na
ſcēdo. Humiliauit: ſacramēta hu
militatis. ſ. circūciſionis ꝛ baptiſ
mi ſuſcipiēdo. Humiliauit: virgi
ni mr̄i ꝛ Joſeph. ſe ſubijciendo.
Humiliauit: humiles piſcatores
ſibi ſociando. Humiliauit: in pre
dicatione gloriam pr̄is querēdo
Humiliauit: mūdanos honores
ſpernēdo. Humiliauit: cōuerſan
do ꝛ pedes diſcipuloꝝ lauando.
Hūiliauit deniq̄ ꝯtumelias. ver
bera. ſputa. crucē. ꝛ mortē able-
ctiſſimā patiēdo. Humiliauit tan
tum ſe. ꝙ voluit ipſaꝫ humilitatē
pro mr̄e. pro ſorore: patiam. p fi
lia: fidē pro ſocia ꝛ familiari: ꝯpaſ
ſioneꝫ. Hauendoſi adunque tan-
to hūiliato. meruit ꝛ debuit ſubli
mari: in premiumꝫ ante humilita
tis. Vñ ipē dicit pr̄i. ps. 138. Dn̄e
ꝓbaſti me. ſ. per dolores. Et co
gnouiſti ſeſſi. me. i. approbaſti glo
riaꝫ reſurrectiōis mee. Unde pa-
tet prima ratio.

¶ Secunda ꝛc. Hūc ordinē ſer-
uat diuina iuſtitia: ꝙ nunq̄ ꝑmit-
tit ſuos amicos in tribulationibꝰ
frangi. quia det eis cōſolationes.
Vñ ps. Scd̄m multitudinē dolo
rum ꝛc. Et Tob. 3. Poſt tēpeſta
tem trāquillū facis: ꝛ poſt lachry
mationeꝫ ꝛ fletū. exultationē in-
fundis. Et 2. Cori. 1. Sicut abun-
dāt paſſiones xp̄i in nobis: ita ꝛ p
ipſuꝫ abūdat ꝛ conſolatio noſtra.
Hiero. ſup ps. Quot vulnera paſſi
mur: tot cōſolatiōes meremur.
Ad ꝓpoſitū. Apoſtoli remanſe-
rant triſtes de morte xp̄i Eccleſia
canit. Triſtes erant ꝛc. Et tres
marie. ꝛ virgo maria: que quaſi
mortua remanſerat pre dolore.
Vñ fleuere omnes: Fleuit petrꝰ
Mat. 26. Egreſſus foras ꝛc.
Fleuerūt mulieres Luce. 23. Filie
hieruſalē: nolite ꝛc. Fleuere ange-
li Iſa. 33. Angeli pacis amare fle
bunt. Cū igit̄ omnes triſtes fue-
rint morte eius. dignū erat vt cō
ſolarētur. Quod factū eſt quan-
do a mortuis reſurrexit: vt ho-
die qui letati ſunt.

¶ Tertia ratio ꝛc. Ex hoc eniꝫ ꝙ
xp̄s mortuꝰ ē ꝛ reſurrexit: fides
noſtra cōfirmata ē. Ubi notādū.
ꝙ inter oēs articulos fidei. arti-
culus reſurrectionis fuit valde in
credibilis maxime gētilibꝰ. etiaꝫ
apoſtolis ad tp̄s. Vñ phs in poſt-
ꝑdicamētis. A priuatiōe ad habituꝫ
nō fit regreſſus. Et. l. qui reo. §.
Aream. ff. de ſolutionibꝰ. Homo
mortuꝰ: nunq̄ reuiuiſcit. Unde
apoſtolus predicās athenienſibus.
dum xp̄m ꝑdicaret audiebāt euꝫ
libenter q: bene loquebat̄. Sed
quādo dixit de reſurrectiōe xp̄i ꝛ
aliorū mortuoꝝ: dixerūt. Nouo-
rum demonioꝝ videtur annun-
ciator eſſe Act. 17. Ideo ſi chri-
ſtus nō reſurrexiſſet a mortuis.
inanis eſſet fides noſtra ꝛ vacua:
quia incredibilis fuiſſet. Vñ apo-

ſolus.i.Corin.16. Si chriſtus nõ reſurrexit: inanis eſt ꝛc. Unde ipſe dicit patri in ps. Que vtilitas in ſanguine meo: ſi deſcẽdo i corruptionẽ? Gloſa. Nulla certe: qr caput noſtre future reſurrectiõis. Ubi nota ſm Alber. ꝙ duplex eſt ſpecies reſurgentiũ. Una ẽ impfecta: vt lazari qr erat iterũ moriturꝰ. Jo.9. Alia eſt chriſti que fuit vera reſurrectio: ꝛ ſpes nr̃e future reſurrectionis. ꝛ caput ipſius reſurrectiõis. ¶ Quarta ratio ꝛc. Per hoc enim ꝙ xp̃s reſurrexit: dedit figurã noſtre reſurrectionis: dupliciter. Pº. qr ſicut ille amplius nõ morit. Ro. 6. Xp̃s reſurgens ex mortuis. iã nõ ꝛc. ita ꝛ homo ſpiritualiter nõ debet amplius mori peccato mortali. Et cum xp̃o debet reſurgere hodie de ſepulchro peccati. 2º. ſicut enim incoauit hodie vitam immortalẽ ꝛ nouã. ita homo incipere aliã vitã. Nõ differre reſurrectionẽ ſuã ſpiritualẽ vſqꝫ in ſenectutẽ: qr talis reſurrectio habet difficultatẽ. Difficile eni conuertit q in peccato inueteratur. Unde Sapi. Prouer. 22. Adoleſcens iuxta viã ſuã ambulans. et cum ſenuerit non recedet ab ea. Neqꝫ vſqꝫ ad mortẽ: qr talis conuerſio habet dubietatẽ. Jõ Aug. de pe. di. 7. c. Si quis poſitus dubitat de pnĩa eorũ. quos penitet in extremis. Quia tunc tales viꝫ potius penitere timore pene: ꝙ̃ amore iuſtitie. ĩõ eorum pnĩa dubia eẽ dicitur. Non debet differre poſt mortẽ: qr talis conuerſio habet impoſſibilitatẽ. Talibꝰ. d. dñs Prouer.1. Uocaui ꝛ renuiſtis. Et infra. Ego quoqꝫ in interitu vr̃o ridebo. Tũc inuocabũt me ꝛ nõ exaudiã mane ↄſurgent ꝛ nõ inuenient me. Inuenient qdẽ dãnati deũ. ꝛ nõ inuenient. Deus n. eſt in mũdo p miaꝫ. in celo per grãꝫ. in inferno p iuſtitiã. Nõ poterunt igit ipſũ inuenire vt miſeratorẽ: qr hoc mõ inuenit i mundo. Nec vt glorificatorem: qr hoc modo inuenit in celo. Sed vt iudicẽ ꝛ tortorẽ: qr hoc modo ẽ in inferno. Uſqꝫ in pñtiarũ o concubinarie tenuiſti feminã. Cazela via. O vſurarie ſine vſuras. O odioſe parce inimico. O auare bene fac. Et ſic prattica prout vr̃ ꝛ. Ad eph.4. renouamini ſpiritu mẽtis veſtre. Et .i. Re.2. Recedant vetera de ore veſtro. Sed nõ ſũt renouati: qui nõ ſunt hodie communicati. nec ↄfeſſi. Quo auſus es hodie accedere ad menſã ſine cõmunione o poltronazo. o gaiofo. Uideo te o ribaldo. ¶ Sexta ratio ꝛc. Ut impleantur figure prophetarum. Que ſunt principaliter due. Prima de Jona propheta: qui miſſus fuit a deo ad predicandum Niniuitis. ſed renuebantur diuine voluntati. Bene: miſit ſe in naui: ꝛ a naui iſ miſſus eſt in mare in ventre ceti. Ubi ſtetit tribus diebus. ꝛ totidem noctibus. ꝛ poſtea reſurrexit. Moraliter. Jonas eſt chriſtus qui miſſus eſt a deo

ad predicandū peccatoribus: ſed timens mortē nolebat. Mat. 25. Pater ſi poſſibile ꝛc. Reſpondit pater. Volo ꝙ patiaris in cruce. In qua quidem mortuus eſt. Et in ventre terre ſtetit trib⁹ diebus ꝛ noctib⁹. His cõpletis poſtea reſurrexit. Unde patet prima figura reſurrectionis xp̄i. Secunda fuit de Sanſone. Jud. 16. Qui mīſſus in carcere dormiuit vſqꝫ ad mediā noctē. ꝛ poſtea ſurrexit: ꝛ portas ciuitatis cuꝫ ſeraturis aſportauit in montē. Moraliter. Sanſon eſt xp̄s. in carcere terre poſitus ſed in nocte media i. verſus auroram. duas portas. ideſt animam ꝛ corpus aſportauit in montē celi empyrei quando hodie ſurrexit. O xp̄o feroce. O leõe terribile. O robatore de ſtrata. Robo lo lymbo di ſancti padri chi dormiuano. E como leone rugiēte leuauit vocem ſuam: cridando. Fora pregloneri. Ubi nota. Quod chriſtus ſurrexit.

¶ Primo. velociter.
¶ Secundo. veraciter.
¶ Tertio. potenter.
¶ Quarto. patenter.
¶ Quinto. miſericorditer.

Primo velociter. quia noluit differre vſqꝫ ad finem mūdi. vt nos faciemus: ſed hodie vt eſſet figura noſtre reſurrectiõis. Secundo ꝛc. ſ. in corpore ꝛ anima.

Tertio ꝛc. tam potēter ꝙ ei⁹ reſurrectio fuit cauſa noſtre reſurrectionis. que fit in preſenti. ꝛ que erit in futuro. Quarto patēter. i. manifeſte. In ipſa die reſurrectionis. quinquies apparuit. Primo matri que ſe maceraba in fletib⁹. Jo. 20. Secūdo marije que erāt multum angie. Mat. vlt. Tertio Petro. Luc. vlt. Quarto diſcipulis. eūtib⁹ in emaus. Luc. vlt. Quinto diſcipulis congregatis Lu. 20. Sexto miſeris. q₂ appa ruit tribulatis: vt eos cõſolaret.

Secundū myſteriū ꝛc. A quatuor generibus perſonarum fuit deſiderata: vt hūt Theologi.

¶ Primo. a ſanctis patribus.
¶ Secundo. a ſanctis mulierib⁹.
¶ Tertio. a ſanctis apoſtolis.
¶ Quarto. a ſanctis angelis.

¶ Primo ꝛc. Qr cum ſtetiſſent in lymbo iam per. 6. millia annorum ꝛ ſciuiſſent xp̄m natum per preconē Joannēꝫ bap. cuꝫ ingenti gaudio affectabant ipſum videre. Hoc autem deſiderium completuꝫ ē: quādo a carcere fuere liberati. Sed merito dubiū queritur. Utrum fuit conueniēs xp̄ꝫ ad lymbum deſcendere: ꝛ viſitare illos patres? Reſpondeo ꝙ ſic duplici ratiõe. Primo ratione fni. Hoc habet vera amicitia: vt nõ ſolum diligat tpe pſperitatis: ſed etiā aduerſitatis. Prouer. 7. Omni tempore diligit qui amicus ē. Et in aduerſitate magis cognoſcitur amicus. Fuit ergo conueniens ꝛ legi amicitie cõſonās: vt viſitaret tribulatos qui erant in lymbo ꝛ eos liberaret. Quod petebāt Za. b. ī Illuminarꝰ ijs ꝛc.

Secundo ratione victorie. vt perfecte triūpharet de diabolo. Tūc. n. quis perfecte triumphat contra aliquem: quando non solum vincit eū in campo: sed aufert ſedem regni sui: ⁊ domum suaȝ. Christus triumphauit cōtra diabolum in cruce: ⁊ vicerat eum. Ideo vt perfecte triūpharet de eo: voluit etiam auferre ſedeȝ regni sui. ⁊ ligare euȝ in domo sua: que erat infernus. Unde descendit ⁊ diripuit omnia sua. Unde ps. Uincula eorum disrupit. Et alibi. Contriuit portas ereas ⁊c.

Sed nota. Qꝺ ad quatuor loca descendit in hoc triduo. Primo ad locum damnatorum: ⁊ eos increpauit stans in porta inferni. O iuda. O chayn. O damnati qui indignos vos fecistis ⁊c. Secundo ad locum pueroꝝ vbi non est ignis ⁊ eos cōfortauit: quia nō erant de numero damnatorum.

Tertio ad purgatoriū. vbi eſt pena ſensus: ⁊ dāni. Sed vtrū omnes liberauerit: an partē? Ad hoc eſt duplex opinio. Una dicit ꝙ sic. Quod probat tali medio. De rege coronato. qui dēs captiuos liberat. Et de papa nouiter creato. dat largas indulgentias. Ita christus pater noster. omnes liberauit a loco illo. Alia opinio ē Tho. 3. par. q. 52. ꝙ nō omnes: sed tantum illos qui penitentiam compleuerant: vſqȝ ad illud tempus. Si christus de purgatorio non extraxit animas omnes. minus Franciscus: quod nimo-

res pdicant. Uidēs Lucifer spoliantē euȝ locū: totus admirās petijt ab eo tria. Primum.

Quis erat?

Quid vellet facere?

Quādiu vis hic habitare?

Ad primum Christus respondit. Non cognoscis me? Ego tibi bene cognosco te. Tu es lucifer. qui mihi voluisti equiparari. Qui Adā tentaſti. Qui me etiaȝ in deserto ⁊c. Qui seducis totū mundum. Quando lucifer hoc intellexit. dixit. Mirū ꝙ non indicasti ⁊c. Ego stabo: quantū Ionas ſtetit in ventre ceti per. 40. horas. Quid vis ⁊c? Respondit christus. Uolo te spoliare ⁊ impresonare. Tūc lucifer dixit. Uere non facies. Et currit ad lymbuȝ nūcians alijs aduentū iſtius. Tunc Dismas latro: cum cruce venit ad ostium clamans. Attollite portas principes ⁊c. i. ſꝫ Tho. O principes inferni auferte poteſtatē vestram qua hucusqȝ detinebatis animas patrum in lymbo ⁊ tenebris reclusas. Respōdit lucifer. Uere non faciam. Cui latro. Per el sangue de xpo. Per lo capo. Per lo corpo. Per la croce de christo: ingrediar hunc locum. Audientes sancti patres has voces i quinqȝ processiones venerunt supplicare christo: susceptaret. ⁊ eos educeret. Prima patriarcharum. Adam. Mathusalem. Noe. Abraam. Isaac. Iacob. d. ps. Surge domine in requiem tuam ⁊c. O iesu. Secū

da prophetarū Moyses. Samuel. Iere. Isa. Dan. Baruch. d. Exurgat de⁹ ⁊ dissi. ⁊c. Tertio sacerdotes. Aarō. Eleazar. Melchi. d. Exurge domine adiuua nos. Quarta regū Dd. Josue. Joseph. Exurge quaſi obdormis ⁊c. Quinta mulieres. Eua. Rebecca. Rachel. Maria. Micol ⁊c. Respōdit christus. Propter miseriā inopū ⁊c. Tūc fracte sūt porte inferni. ⁊ patres xp̄m vidētes. d. Gloria tibi dn̄e. q ſurrexisti ⁊c. O quātum gaudiū: qn̄ viderūt se liberatos a loco illo: pleno tenebris ⁊ merore. ¶ Secūdo a sāctis mulierib⁹ desiderata. In euangelio hodierno dicit. Nō mulieres hodie valde mane venerunt ad sepulturā cū aromatibus vt vngerent eū. Ubi notatur amor verus eaꝝ ad christū. Pauci enī sunt qui diligūt inimicū in vita: quia quaſi omnes amant amicū ꝓpter sua. nō ꝓp se. Unde Ouidius. 2. de ponto.

Uulg⁹ amicitias vtilitate ꝓbat.

Pauciores qui amēt in morte, immo sepe filij parētibus aduersantur. ⁊ vxores viris ⁊c. quādo in morte aliqua volunt ordinare. Paucissimi qui post mortem: qr post modicum tempus obliuiscūtur amicum. Iste autem sancte mulieres dilexerunt christum in vita. quia sequebantur eum predicantem. Luc. 8. Dilexerunt in morte. quia sociauerūt eū in cruce pendentem. Jo. 19. Stabat autem iuxta crucem mater eius. ⁊ soror mr̄is ei⁹: maria cleophe. ⁊ maria magdalene. Dilexerūt etiā post mortē. ideo vnguenta parauerunt ⁊ venerunt ad sepulchrū vt vngerēt ⁊c. Consuetudo erat iudeoꝝ vngere corpora mortuorū: vt conseruarent a fetore. incineratione. vermiū corrosione. Sed deuote mulieres erant decepte: quia eius corp⁹ eēt imbalsamatū deitate: si per mille ānos iacuisset i terra: nō potuisset putrefieri: nec corrodi a vermib⁹. Sed q̄ erāt: Maria magdalena Maria iacobi minoris. Maria salome. Sed quare. b. virgo nō venit cū istis mulierib⁹? Respondet Ber. triplici rōne. Prima qr in parasceues tm̄ se macerauerat p morte filij: ⁊ fleuerat: ꝙ pre nimia debilitate sustinere se nō poterat. Unde secundum Ber. oportuit vt de loco passionis inter manus discipulorum tanq̄ mortua deferretur domum. Secunda quia non potuisset sustinere videre sepulchrum quem gladius doloris ꝑforasset ⁊c. Tertia quia sciebat ipsum resurrexisse ⁊ in monumēto non esse. Cum ergo irent ad monumentum: mutuo di. Quis reuoluet nobis ⁊c. Erat quippe magnus ⁊c. Inuenerunt lapidem reuolutū. ⁊ iuuenem a dextris sedentem. Quem videntes timuerunt. Sed queritur cum tam ex etate iuuenili: q̄ ex fulgore. ⁊ luminosa p̄ntia. delecta-

